# DE OENOMAO CYNICO

DISSERVIT

OENOMAI LIBRI QVI INSCRIBITVR ΓΟΗΤΩΝ ΦΩΡΑ

RELIQVIAS

GRAECE LATINE EDIDIT, COMMENTARIO INSTRVXIT

FACVLTATI LITTERARVM IN VNIVERSITATE PARISIENSI

PROPOSVIT

P. VALLETTE

« AGRÉGÉ DES LETTRES », IN VNIVERSITATE LAVSONNENSI PROFESSOR

LVTETIAE PARISIORVM

APVD C. KLINCKSIECK

11, rue de Lille

MCMVIII

# DE OENOMAO CYNICO

LAUSANNE — IMPRIMERIES RÉUNIES

# DE OENOMAO CYNICO

DISSERVIT

OENOMAI LIBRI QVI INSCRIBITVR ΓΟΗΤΩΝ ΦΩΡΑ

RELIQVIAS

GRAECE LATINE EDIDIT, COMMENTARIO INSTRVXIT

FACVLTATI LITTERARVM IN VNIVERSITATE PARISIENSI

PROPOSVIT

**P. VALLETTE**

« AGRÉGÉ DES LETTRES », IN VNIVERSITATE LAVSONNENSI PROFESSOR



LVTETIAE PARISIORVM

APVD C. KLINCKSIECK

II, rue de Lille

MCMVIII

# INDEX LIBRORVM ET DISPVTATIONVM

quibus maxime in componendo hoc opusculo usi sumus.

---


Eusebii Pamphili *Praeparatio euangelica.* Fr. Vigerus S. J. recensuit, latine uertit, notis illustrauit. Lutet. Paris. 1628.

Eusebii Pamphili *Praeparationis euangelicae* libri XV. Ed. Heinichen. Lipsiae 1842.

Eusebii Caesariensis opera. Recognouit G. Dindorf. T. I. Lipsiae 1867.

Eusebii Pamphili *Euangelicae Praeparationis* libri XV. Ed. E. H. Gifford. Oxonii 1903.

Eusèbe de Césarée : *Préparation évangélique.* Traduction française par Séguier. 2 vol. Paris 1842.

*Fragmenta philosophorum graecorum*, ed. Mullach. Vol. II. Paris 1867.

Theodoreti *Graecarum affectionum curatio.* Rec. I. Raeder. Lipsiae 1904.

Heikel : *De Praeparationis euangelicae Eusebii edendae ratione.* Dissert. Helsingfors. 1888 (uid. p. 26).

Arnim (H. von) : *Leben und Werke des Dio von Prusa.* Berlin 1898.

Bernays (J.) : *Lucian und die Kyniker.* Berlin 1879.

Bouché-Leclercq (A.) : *Histoire de la divination dans l'antiquité.* 4 vol. Paris 1879-1882.

Bruns : *Lucian und Oenomaus.* (Rh. M. XLIV, 1889, p. 347 ss. — Vorträge und Aufsätze, München 1905, p. 252).

Buresch (K) : *Klaros. Untersuchungen zum Orakelwesen des späteren Altertums.* Leipzig 1889.

*Chrysippea*, scr. A. Gercke. (Jahrb. f. class. Philol., Suppl. XIV, p. 691 ss.) Lipsiae 1885.

*Corpusculum poesis epicae graecae ludibundae.* Fasc. I, ed. Brandt. Lipsiae 1888. Fasc. II, ed. Wachsmuth *(Sillographi graeci*, ed. II) 1885.

Crusius : *Die Κυνὸς αὐτοφωνία des Oinomaos* (Rh. M. XLIV, 1889, p. 309 ss.)

Duemmler (F.) : *Antisthenica.* Halis 1882.

Helm (R.) : *Lucian und Menipp.* Leipzig, Berlin 1906.

Hendess (R) : *Oracula graeca* (Dissert. philol. Halenses). Halis 1880.

Gercke : V. *Chrysippea.*

Gomperz : *Griechische Denker.* I ², II. Leipzig 1902, 1900.

Id. : *Les penseurs de la Grèce.* Trad. franç. par A. Reymond. T. I, II. Lausanne 1904 ss. (I, 2ᵉ éd. 1907).

Luebbert : *De Pindari et Hieronis amicitiae primordiis et processu.* Bonn. 1886.

Legrand : *Quo animo Graeci.... diuinationem adhibuerint.* Lutet. Paris. 1898.

Ouvré (H.) : *Méléagre de Gadara.* Paris 1894.

Porphyrii *de philosophia ex oraculis haurienda* librorum reliquiae. Ed. G. Wolff. Berolini 1856.

Rohde (Erwin) : *Γέγονε in den Biographica des Suidas.* (Rh. M. XXXIII, p. 161 ss. — Kleine Schriften (Tüb. 1901) I, p. 114 ss.)

Id. : *Psyche.* Ed. II. Freiburg i. B. 1898.

Id. : *Der griechische Roman.* Leipzig 1876. (Ed. II, 1900).

Saarmann (Th.) : *De Oenomao Gadareno.* (Dissert. Tubing.) Lipsiae 1887.

Id. : *Adnotationes in Oenomai fragmenta.* (Progr. Dortmund 1889).

*Stoïcorum ueterum fragmenta* collegit I. ab Arnim. (T. II, III : Chrysippi fragmenta). Lipsiae 1903.

Wachsmuth (C.) : V. *Corpusculum.*

Weber : *De Dione Chrysostomo Cynicorum sectatore.* (Leipzig. Studien X, 1887).

Wendland : *Philo und die kyno-stoïsche Diatribe.* (Wendland

u. Kern : Beiträge z. Gesch. der griech. Philosophie). Berlin 1895.

Wolff : *De ultima oraculorum aetate*. Berol. 1854.

Id. : V. *Porphyrii* etc.

Zeller (Ed.) : *Die Philosophie der Griechen in ihrer geschichtlichen Entwicklung*. Leipzig 1879-1902.

---

Rh. M. = Rheinisches Museum.

BCH = Bulletin de Correspondance hellénique.

# DE OENOMAO CYNICO

## I

## DE OENOMAI VITA ET SCRIPTIS

### 1. QVA AETATE FVERIT

Oenomaus Cynicus omnibus etiamnunc, credo, uideretur Hadriani fere aut Antonini Pii temporibus fuisse, nisi uir doctissimus grauissimusque Eruinus Rohde [1], Suidae [2] potius quam Hieronymi [3] testimonio confidendum ratus, paulo ante Porphyrii Platonici aetatem floruisse eum contendisset. Hic autem cum a. Chr. 233 natus sit [4], significauit Suidas aut in Seuerorum aut in proximam aetatem Oenomai uitam et studia incidisse [5].

Quod si Suidam solere uideremus summa diligentia et studio errorem omnem uitare, huius auctoritate fretis rem extra controuersiam iam uersari reputare liceret. Nunc uero cum auctoribus nobis res est quorum neuter a culpa uacet. Quaerenda sunt igitur extrinsecus argumenta, si modo reperiri possunt, quibus confirmatum alterutrius testimonium probabilius fiat: nisi forte, quod uix credendum est, errasse uterque uidebitur.

---

[1] Γέγονε *in den Biographica des Suidas* (Rh. M. XXXIII, p. 161 sqq. — p. 170).

[2] Suidas s. u. « Οἰνόμαος Γαδαρεύς, φιλόσοφος κυνικὸς γεγονὼς οὐ πολλῷ πρεσβύτερος Πορφυρίου. »

[3] a. 2135 Abr. (= a. Chr. 120): « Plutarchus Chaeroneus et Sextus et Agathobulus et Oenomaus philosophi insignes habentur. »

[4] Porph. *V. Plot.* 4.

[5] « Hier mag nun gleich am Anfang ausgesprochen werden, dass in der ungeheuren Mehrzahl der Fälle Suidas durch γέγονε nicht das Geburtsjahr, sondern die Zeit bezeichnet, in welche das wichtigste Teil des Lebens eines Schriftstellers fällt. » (Rohde *l. l.* p. 165.)

Nec desunt quibus uideatur cum Suidae sententia congruere quod Eusebius (*Praep. Euang.* V, 18, 6) Oenomaum dicat *τινὰ τῶν νέων*. At quae certa temporum ratio tam incertis uerbis effici potest? Est nouus atque recens qui noster, est qui patris aequalis fuit, est qui longos iam annos obiit, si modo ad uetustiora ac remota admodum tempora respicitur. Apparet autem Eusebium hoc loco in antiquissima quae quidem tradita essent oracula intuitum esse (§ 1 : ***Εὖ** μοι δοκεῖ . . . τοὺς παλαιτάτους τῷ χρόνῳ χρησμοὺς ἐξετάσαι*), ut qui in illa tam longum post tempus scripsisset Oenomaus facile recentioribus adnumeraretur : nec quicquam referebat paulo ante natum Eusebium (circa a. 265) floruisset, an in Hadriani uel Antoninorum aetatem reponendus esset. Est igitur neglegendus omnino Eusebianus hic locus, qui nihil ad quaestionem de Oenomai aetate afferat.

Ceterum eam quam diximus sententiam Rohde eo magis probat quod, cum constet Porphyrium cum contemptoribus patriae religionis disputasse, existimare liceat eum in recentem et omnium in manibus uersantem Oenomaum librum suum de philosophia ex oraculis haurienda conscripsisse. Eamque ipsam causam fuisse cur Suidas Porphyrii potissimum nomen eligeret ad statuendum cui tempori Oenomaus ascribendus esset.

Porphyrium autem ad Oenomaum respexisse facile concesserim. Id tamen nonne ita etiam fieri potuit, si Oenomaus centum fere annis ante illum fuerat? Cum praesertim non unius saeculi illa fuerit de oraculis disputatio : immo ea erat quae semper renasceretur, quippe quae ad ipsam religionem pertineret. Quid mirum igitur si se ad Oenomai auctoritatem referebant illi, qui deos deorumque oracula uana fictaque esse contendebant? cum ne id quidem a ueritate abhorrere uideatur, illo ipso tempore quosdam fuisse qui Oenomai scripta delectationis causa in manus sumerent. Iulianus certe imperator de Oenomao ut scriptore noto saepeque celebrato dixit[1].

---

[1] *Orat.* VI. VII. Quamobrem non recte mihi quidem uidetur Buresch scripsisse (*Klaros*, p. 66) : « Er (= Porphyrios) wird sich wohl gehütet haben, er, der alle Welt zu den Orakeln bekehren will, seiner und ihrer schlimmsten Feinde einen noch gar zu nennen. » Quem enim aequales cognouissent, quid eum silentio opprimeret?

Ipsum Porphyrium centum fere annis posterior refutauit Apollinaris Laodicensis. Iam quis ignorat, cum Origenes librum in Celsum componeret, septuaginta iam ante annos huius *Ἀληθὴ λόγον* editum esse? ne quid hoc loco de Epicuro uel Lucretio commemorem, quos ne nostra quidem aetate defuerunt qui impugnarent.

Non igitur statim Suidae fides tribuenda est: sed multo magis crediderim illum tempore quoque proximos fecisse qui iisdem de rebus, contrariam quamuis in partem, disputassent[1].

Quod uero Rohde (*l. l.*) Hieronymo uel potius Eusebio errorem imputat, quasi qui diuersis temporibus fuissent more suo neglegenter atque immerito unum in annum coniecerit[2], id non recte iudicatum est[3].

Ita enim, ut supra iam diximus, apud Hieronymum legitur (a. Abrah. 2135 = a. Chr. 120): « Plutarchus Chaeroneus et Sextus et Agathobulus et Oenomaus philosophi insignes habentur. » Quod si euincatur in ceteros non conuenire, de ipso Oenomao rationem non constare non temere colligatur.

Eusebius autem quid scripserat?

« *Πλούταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιός.*

*Σέξτος φιλόσοφος καὶ Ἀγαθόβουλος καὶ Οἰνόμαος ἐγνωρίζετο.* »[4]

Vnde apparet Eusebium Plutarchi certe tempora non ignorasse, quem a. 120 non florentem, sed senem admodum fuisse, et illud quidem recte, dixerit[5].

Restat ut de Sexto et Agathobulo quaeratur, quorum alterum

---

[1] Huc adice quae adnotauit Zeller (*Phil. d. Gr.*, III, 1³, p. 769, n. 1): « Die Angabe des Suidas, dass er (= Oinomaos) um weniges älter gewesen sei als Porphyr, ist vielleicht daraus erschlossen, dass Eusebius . . . . ihn unmittelbar vor Porphyr bespricht, und ihn c. 18,6 τὶς τῶν νέων nennt. »

[2] « Ganz offenbar hat hier Eusebius nach beliebter Manier eine Handvoll Männer auf ein Jahr fixiert, die ganz verschiedenen Zeiten angehören. »

[3] Cf. Buresch, *Klaros*, p. 64 sqq.

[4] Euseb. *Chron.*, t. II, p. 164 Schoene. Cf. Georg. Sync. *Chron.* p. 349

[5] Aliter sese res habet si Suidae credimus, qui u. Πλούταρχος scripsit: « Μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραιανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. » Quod Volkmann (*Plutarch* I p. 91) a. 109 euenisse existimat. Si eadem de re agitur, dissentiunt hic quoque

uult Rohde sub Antonini Pii, alterum sub Traiani imperio innotuisse. Agathobulus autem, qui anno 155 nondum mortuus erat[1], nonne imperante Hadriano *γνωριζόμενος* haberi potuit? Satis enim constat de iis rebus agi quae non uno ac certo anno fieri, sed in plures patescere soleant. Eusebius igitur, cum de Plutarchi procuratione commemoraret, quam ille anno 120 gessisset, eorumque simul mentionem iniceret qui tum clariores fuissent, non unum hunc annum, sed proximum omne tempus in mente habebat. Non enim religiosius se gerebant scriptores fere ueteres : quod concessum est ceteris, quid in Eusebio reprehendatur?

Sextum uero Chaeroneum non inepte disputauit Guilelmus Vollgraff (Rev. de philol., XXVI (1902), p. 195 ss.) ab illo Sexto qui dicitur Empiricus non esse diuersum, et anno quidem 90 natum esse. Concedamus tamen Sextum Plutarchi illum nepotem anno 120 iuniorem fuisse quam ut nomen eius iam clarum factum esset; immutata sit aliquantum recta temporum series : paucorum annorum hic sit error, deque iis uiris factus qui simul exstiterunt. Qua autem ratione adduci potuit Eusebius ut Oenomaum in hunc sapientium coetum uocaret, qui centum fere annis ante eum floruissent? Nonne propius est uero Oenomaum eo iam tempore uiuum fuisse, cum aut adolesceret aut maturesceret Sextus, floreret Agathobulus, insenuisset iam Plutarchus?

Adice quod quamuis longum futurum esset certamen illud, quo non de oraculis tantum, sed de diis ipsis discrimen fiebat, illa tamen aetate acerrimum fuit, illa potissimum Oenomaus ad pugnandum prouocari debuit, qua Graeci praesertim multo magis quam ante religione et patriorum institutorum amore commoti aut antiquam fidem renouare conabantur aut renata gaudebant, cum in desertas sedes di redire uiderentur. prophetaeque eorum, post longum et triste silentium, tacere desinerent.

---

inter se Eusebius et Suidas, nisi forte Τραιανός Hadrianum designat. Sed nihil ad nos difficilis et obscura quaestio (cf. Maur. Croiset, *Litt. gr.* V, p. 489) de honoribus in Plutarchum a principibus collatis. Satis erat ostendere Eusebium de Plutarchi aetate non errauisse.

[1] Illo enim anno Peregrinus Agathobulum uidetur inuisisse (Luc. *Peregr.* 17). Cf. K. Buresch, *Klaros* p. 65.

Cum uiuis florentibusque, non aegris et iam paene mortuis pugnae committi solent. Defecisse oracula, et, ut ipsius uerbis utar, ὥσπερ ὄργανα τεχνιτῶν ἀργὰ καὶ ἄναυδα κεῖσθαι [1], Plutarchus questus erat: iamque audiri rursus coepta erant, quasi uoce hominis qui patrias religiones tanta pietate coluerat excitata: ut non sine causa quibusdam uisus sit Oenomaus Plutarchum sibi una cum oraculis aduersarium sumpsisse. Illa certe aetate nouo splendore oracula florebant, quae non multitudo solum adibat humiliorum et imperitorum, sed docti et locupletes et ipsi imperatores responsa rogabant et cumulabant donis. Quae uel maxime apta erant ad eliciendum Cynici risum. Non quo sub Seueris imperatoribus oracula iam rursus defecerint: prior tamen praecipue aetas eximia illa pietate patriorum deorum sacra prosecuta erat, hac contra floruisse scimus exterorum numinum mysteria, imminutam iam aliquid oraculorum uocem fuisse suspicari licet. Clarius praesertim Apollo cum ab Oenomao inuisus est, maxima tum, ut uidetur, rogantium turba obsidebatur [2]. Cuius oracula, quamquam tertio saeculo exstitisse accepimus, Hadriani tamen Antoninorumque sub imperio maximo uidemus in honore fuisse. Lucianus certe Amphilochi, Branchidarum, Clarii Apollinis oracula ut maxime tum celebrata commemorat, quorum utile sibi fore existimauerit Alexander ille Pseudomantis si sibi gratiam conciliasset [3]. Inscriptionum uero quae adhuc inuentae sunt ad Clarii Apollinis oraculum pertinentium omnes fere ad eandem illam aetatem reuocant: et sunt quidem non a priuatis, sed publice factae, quo melius appareat quanta tum fuerit oraculi auctoritas et fama [4]. Tum etiam Oenomaum dei sedem adiisse ueri simile est: quem in aetatem Plutarchi Lucianique communem redigamus concedatur, quia in nullam melius conuenit [5].

---

[1] *De def. orac.* 38, p. 431 B.

[2] Cf. Oenom. ap. Euseb. *P. E.* V, 22.

[3] Lucian. *Alex. s. Pseudom.* c. 29. 43.

[4] Cf. Haussoullier, Revue de philologie XXII, p. 264 ss. — Buresch, *Klaros* c. III.

[5] Non fugit Mauritium Croiset (*Essai sur la vie et les œuvres de Lucien*, p. 223 ss.) *Iouem tragicum* et *Iouem confutatum* a Luciano ad refellenda Stoicorum de fato, prouidentia, diuinatione praecepta scriptos esse. Cum autem exstet inter dialogos illos et Oenomai quae supersunt fragmenta, cum sententiis et disputandi

Non denique omittendum est argumentum quod, etsi ne ipsum quidem certum est, sententiae tamen nostrae uim aliquam afferat. Nam legitur non semel apud scriptores Iudaeos de philosopho quodam ethnico, qui uocatur ab iis Abnimos Hagardi. Is dicitur amicum habuisse uirum saepe celebratum Rabbi Meir, qui eum amissis parentibus consolatus sit. Floruit autem Rabbi Meir extrema Antoninorum imperatorum aetate.

Ceterum philosophi quem dicimus cognomen tantum forsitan ualuerit quantum textor. Quamquam a Iudaeorum more alienum erat ethnicum semper eiusmodi cognomine signari : ut uox Hagardi potius ad patriam illius, ut qui Gadaris ortus sit, referatur. Et uidetur Abnimos ille Hagardi et sapiens fuisse, et Hebraeorum libris sacris studuisse, et cum doctoribus Iudaeis iocosa interdum disputatione de religionibus colloqui solitus esse : quae mens atque indoles ab Oenomai non ita longe aberat.

Itaque existimauerunt uirorum doctorum nonnulli unum eundemque uirum fuisse philosophum illum atque Oenomaum Cynicum [1]. Quod extra controuersiam si uersaretur, certum iam esset Oenomaum Antoninis sub imperatoribus fuisse, cum ne id quidem ab omni ueritate alienum uideretur, ante Plutarchi mortem illum natum esse, qui florente Rabbi Meir senior iam quidem parentes amisisset. At non facile ex hoc quod est *Οἰνόμαος* Abnimos fieri potuit, cum litterae אב pro graecis *ευ* scribi solitae sint.

---

ratione, tum genere toto, similitudo quaedam et quasi cognatio, non defuit cui Lucianus Oenomaum imitatus esse uideretur (I. Bruns, *Lucian und Oenomaus*, Rh. M. XLIV, 1889, p. 374 ss.). Quod quamquam non plane dissimile est uero, rectius tamen arbitrati sunt alii Oenomai et Luciani quae diximus scripta eodem e fonte profluere : et Menippum quidem utriusque communem fuisse auctorem. Cf. Knauer, *De Luciano Menippeo* (Diss. Hal. 1904), p. 39 ss. Helm, *Lucian und Menipp*, c. IV. V. Temere igitur ex hoc colligatur Oenomaum ante Lucianum fuisse.

[1] Graetz (*Gesch. der Juden*, IV, p. 192) philosophum Euonymum uocat. Sed p. 469 n. 19 dicit se prius de Numenio Platonico cogitasse, nunc ad Oenomaum Cynicum ea referre quae de philosopho cum Rabbi Meir amicitia coniuncto tradantur. Quam sententiam secutus est Raphael Leui : *Un Tanah; étude sur la vie et l'enseignement d'un docteur juif du 2e siècle*, p. 113-4. — Derenbourg (Lichtenberger, *Encycl. des sc. relig.*, t. XII, p. 1013, art. *Talmud*) : « Rabbi Méir, l'ami du philosophe Oenomaos de Gadara. »

Proferenda tamen nobis fuit, ut in re dubia, grauium auctorum sententia [1]. Quae si ullo modo confirmari possit, multo iam certiores intra fines omnis de Oenomai temporibus disputatio contineatur.

Ex his quae supra dicta sunt, quamquam nil certi allatum est, probabilis tamen sententia facta est Oenomaum aetate minorem Plutarcho, Luciano maiorem, uiuo tamen utroque, exstitisse [2].

---

[1] De qua cum ipse iudicare non possem, rogatus a me uir illarum rerum peritissimus Israel Leui summa beneuolentia et locos ad philosophum illum, quisquis est, pertinentes in sermonem gallicum mihi conuertit, et paucis explanauit. E quibus haec referre liceat : « Genèse Rabba, ch. 65, sur Genèse 27, 22 : « Rabbi » Abba bar Cahna (rabbin palestinien du commencement du IVe siècle) dit : » Il n'y a jamais eu de « philosophes » dans le monde semblables à Balaam et à » Abnimos Hagardi. Les nations leur ayant demandé le moyen de vaincre les » Juifs, ils répondirent : Visitez leurs synagogues et leurs écoles. Si les enfants » y font entendre leur voix, vous n'aurez pas raison d'eux, car c'est là ce que » leur a promis leur père : Tant que « la voix sera celle de Jacob », c'est à dire » que la voix de Jacob s'élèvera dans les synagogues et les écoles, les « mains » d'Esaü » seront impuissantes. » Cet Abnimos est donc un philosophe païen connaissant l'Ecriture. (Il est vrai que pour les rabbins tout le monde connaît la Bible aussi bien qu'eux.)

Ruth Rabba, sur 1, 8 : « Abnimos Hagardi ayant perdu sa mère, R. Méir » alla lui rendre visite et le trouva observant les règles du deuil. A la mort de » son père, Méir alla de nouveau le voir et le surprit occupé à son travail. « Il » paraît que ta mère t'était plus chère que ton père ? — N'est-ce pas, répondit » Abnimos, ce qui est dit dans l'Ecriture : Retournez chacune dans la maison » de sa mère ? Or il n'est pas dit : de son père. — Tu as raison, répo . Méir » un païen n'a pas de père. » Ici cet Abnimos a l'air de se moquer de son in locuteur en lui citant la Bible.

Exode Rabba, 13 : « Abnimos Hagardi demanda aux rabbins : D'où la terre » a-t-elle été créée ? Ils répondirent : Nous ne sommes pas experts en la matière, » va consulter Abba Yoseph le maçon. » C'est de nouveau du persiflage.

Talmud *Haguiga*, 15 *b.* : « Nimos (lire Abnimos) Hagardi (à propos du maître » de R. Méir qui était mort *hérétique)* demanda à R. Méir : Toute laine qui des» cend dans la cuve remonte-t-elle ? — Oui, celle qui est nette sur sa mère » (sur la toison) remonte, mais non celle qui ne l'est pas. » Ici Abnimos se moque de Méir et lui dit qu'il sent le fagot, puisqu'il a eu des relations étroites avec un hérétique. Cet Abnimos est donc une espèce de Celse ..... Hagardi signifierait le tisserand. Il serait étrange que ce surnom fût toujours accolé à un païen. Au point de vue grammatical, Abnimos s'identifie difficilement avec Oenomaus, car אב correspond presque toujours à εὐ. D'autre part, les noms propres passent sans changement, d'ordinaire, du latin ou du grec à l'hébreu. Mais ces considérations ne sont pas décisives. »

[2] Sententiam tulerunt aut eandem aut proximam inter recentiores Bouché Leclercq, *Div.* I, p. 78. III, p. 253 ; Buresch, *Klaros* p. 63 sqq. ; Zeller, *Phil. der Gr.*

## 2. QVO LOCO ORTVS SIT

De Oenomai persona et uita pauca admodum sunt quae comperta habemus [1]. Gadaris tamen eum natum esse Suidas testatur, unde et alios ortos esse scimus qui nomen suum litteris illustrauerunt. E quibus Menippum Cynicum, Meleagrum poetam, Theodorum rhetorem, qui et Tiberii Caesaris magister fuit, et eam dicendi famam consecutus est ut ab eo discipuli eius Theodorei dicerentur, nemo est quin nouerit.

Duae autem fuerunt urbes nomine illo uocatae; quarum altera in Idumaeorum regione, haud procul a mari, altera in Peraea, prope lacum Gennesareta sita erat. Fuit haec cum illorum quos diximus, tum Oenomai patria. Nam in illam, quantum quidem cognouimus, nullae sunt a Graecis coloniae deductae: Peraeae contra urbes Graeco cultu floruerunt [2].

Ea igitur regio bonarum artium disciplinis non fuit orbata. Non autem aeque ac Graecorum sermo et cultus — qui ipse a quibusdam Syriae partibus afuit, ut per Lucianum docemur, qui iam adulescens Graece loqui didicit — Graecorum instituta influxerant, inter quae uel maximum locum obtinet religio. Quo nescio an id referendum sit quod se Oenomaus tam irreuerenter in iis gessit quae sacra tunc fere habebant in ipsa Graecia nati, inter ipsa, ut ita dicam, heroum sepulcra uiuentes, gestorumque a ueteribus memoria a pueris imbuti. Notandum est certe, siue

---

III, 1³ p. 769. Nam quod scripsit Gust Wolff (*Porph.* p. 88) « Oenomaus hausit ex libro Aeliani de prouidentia », id nescio quo errore factum est; legitur enim apud eundem (*Porph.* p. 56): « Sub eodem Hadriano Oenomaus Gadarensis uiguit ». *De ult. orac. aetate* p. 2: « (Oenomaus) Hadriani aequalis ». J. Bernays (*Lucian u. die Kyniker* p. 35), Th. Gomperz (*Griech. Denker* II p. 135, trad. Reymond p. 171), Gifford (*Euseb. Praep. eu.* t. IV p. 184) secundo post Christum saeculo Oenomai librum ascribunt.

[1] Vnde Luebbert (*De Pindari et Hier. amicit.* p. XIX) acceperit Oenomaum Hadriani libertum fuisse reperire equidem non potui.

[2] Quam quaestionem, quoniam accurate de ea disseruit H. Ouvré, *Méléagre* p. 35 sq. breuiter hic absoluimus. — Videntur Gadara ab Oenomai aetate uel maximo splendore floruisse. Cf. Renan, *Mission de Phénicie* ap. Ouvré *l. l.*: « Gadara appartient au cycle architectonique haurano-palmyréen, dont le moment de splendeur tombe au 2ᵈ et au 3ᵉ siècle de notre ère. »

id casu factum est, siue gentis indoli tribui debet, Syros fuisse etiam Menippum Meleagrum Lucianum, quorum scripta, seria simul et iocosa omnique lasciuia atque irreuerentia referta, in eorum numero erant quae sub nomine σπουδογελοίων ferebantur. De quibus non inepte scripsit C. Wachsmuth (*Sillogr*[2]. p. 85): « Fati inuidia factum est ut Menippi Meleagrique σπουδογελοίων librorum paene nihil sit relictum : quod si secus esset non dubito fore ut magnam similitudinem inter hos et Lucianeos quosdam dialogos intercedere comprobari possit..... Vnum tamen per memorabile, quod totum hoc litterarum genus neque Atticis placuit neque uiguit melioribus temporibus, sed effloruit recentiore demum aetate et excultum est per tres Syros, Menippum, Meleagrum, Lucianum. »

## 3. DE OENOMAI STVDIIS ET SCRIPTIS

Ceterum ubinam Oenomaus eductus sit penitus ignoramus, nedum magistri eius aut qui aut quales fuerint perspicere possimus. Fugit igitur nos a quibus hominibus aut quibus rebus ad sequendam Cynicorum sectam impulsus sit : nisi quod, ut infra docebimus, non eadem semper eum de diuinatione sensisse suspicari licet. Diuersas imperii Romani partes eum inuisisse arbitrandum est, quae communis tunc erat sophistarum et philosophorum, Cynicorum praesertim, consuetudo [1]. De itineribus tamen eius nihil accepimus, nisi quod Colophone uersatus est, Clarii Apollinis oraculum aditurus : ut reliquam quoque Asiam peragrasse ducendus sit.

Sed disciplinis instructus est quibus tum fere adulescentes imbuebantur. Nam et fabulas a poetis traditas et singulos quoque uersus, quae res tum apud praeceptores ediscebantur in primis, cum ipse memoria tenet, tum pro notis uulgatisque habet. Exempla etiam quae adfert scriptorumque eius tituli multa eum legisse denuntiant. Et genere quamquam toto a communi sophistarum scribendi ratione recessit, testatur tamen sermo eius et

---

[1] « Les Cyniques n'aiment guère à se replier sur eux-mêmes. Ils cherchent la foule pour y trouver des auditeurs et des victimes ». (Ouvré *Méléagre* p. 40.)

lingua doctum eum fuisse. Etenim ea ipsa aetate non ita rari inter Cynicos fuerunt qui litteras et rhetorica studia non tam ignorarent quam contemnerent. Philosophos uero, praeter Cynicos, si modo ex his quae de huiuscemodi quaestionibus disseruit conicere aliquid possumus, delibauit, non perlegit altiusue inuestigauit. Nec necessarium erat, qui cum ceteris eiusdem sectae sapientiam non tam cogitationis intentione quam bene uiuendi ratione constare profiteretur.

Ad Oenomai scripta uenio, quibus nonnullam apud posteros famam consecutus est, ut e Iuliani orationibus conici posse diximus. Nihil enim hic uidetur dubitare quin ab Oenomao scripta audientes cognouerint. Immo quotiescumque in nouum istud genus incidit Cynicorum, qui quod antiquam illam sapientiam in humanarum diuinarumque rerum omnium contemptionem uerterint indignatur, Diogeni Oenomaum ita opponit ut illustrissimum utriusque Cynismi auctorem nominare intellegatur. Quae profecto notitia cum scribendi uirtutibus, tum ea audacia parta erat, qua homines eo magis delectari solent in aliis quo timidius ipsi a communi consuetudine atque opinione recesserunt.

De operibus eius nos ex his tantum iudicare possumus quae per Eusebium ab obliuione uindicata sunt. Sed alia ac plura Oenomaum conscripsisse Iulianus et Suidas testantur : breue quidem et obscurum satis testimonium, non tamen ipsum in ea qua uersamur inopia neglegendum.

Hi certe a Suida tituli proferuntur : *Περὶ Κυνισμοῦ. Πολιτεία. Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας. Περὶ Κράτητος καὶ Διογένους κ. τ. λ.*

Apud Iulianum uero (*Orat.* VII, p. 209) haec sunt de Oenomai scriptis tradita : « *Νῦν δὲ ἐκεῖνό μοι πρὸς τῶν Μουσῶν φράσον ὑπὲρ τοῦ Κυνισμοῦ, πότερον ἀπόνοιά τίς ἐστι καὶ βίος οὐκ ἀνθρώπινος, ἀλλὰ θηριώδης ψυχῆς διάθεσις οὐδὲν καλὸν, οὐδὲν σπουδαῖον οὐδὲ ἀγαθὸν νομιζούσης; δοίη γὰρ ἂν ὑπολαβεῖν πολλοῖς περὶ αὐτοῦ ταῦτα Οἰνόμαος. Εἴ τί σοι τοῦ ταῦτα γοῦν ἐπελθεῖν ἐμέλησεν, ἐπέγνως ἂν σαφῶς ἐν τῇ τοῦ κυνὸς αὐτοφωνίᾳ καὶ τῷ κατὰ τῶν χρηστηρίων καὶ πᾶσιν ἁπλῶς οἷς ἔγραψεν ὁ ἀνήρ.* » In uniuersum dicit de Oenomai scriptis : duo tantum, diuersa illa quidem

ab his quae a Suida tradita sunt, exempli causa profert e grege [1].

De libro *Περὶ Διογένους καὶ Κράτητος* nihil est quod dicamus: argumentum enim nomen ipsum satis indicat; ratio uero eius quae fuerit reperiant licet qui coniecturis delectantur.

Vt uero hic de Cynicorum principibus, ita de ipsa doctrina uix dubium est quin fuerit *περὶ Κυνισμοῦ* liber. Exstat una sententia quae non temere huic libro uindicetur. Iulianus enim imperator, in oratione ea quae est in Cynicos indoctos habita, Cynismi quaerens qui auctor quodque principium fuerit, longe ante Diogenem et Antisthenem philosophiam exstitisse concludit quae omnia non ad opinionem et mores sed ad rationem reuocaret. De qua re consentire se cum Oenomao, quem nullo alio loco nominat quin increpet, ita profitetur (*Or.* VI, p. 187 B. C.): « *Ἡγεμόνα... οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἐφ᾽ ὃν ἀνενέγκαι χρὴ πρῶτον αὐτό, εἰ καί τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀντισθένει τοῦτο καὶ Διογένει προσήκειν. Τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος οὐκ ἀτόπως λέγειν· Ὁ Κυνισμὸς οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός. Λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γενναιότεροι τῶν κυνῶν ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ οὖν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις αἴτιος κατέστη, οὕτω δὲ καὶ τούτου τοῦ βίου παράδειγμα τὸ μέγιστον οὗτος κατέλιπεν ἀνθρώποις.* » Oenomao verba « *ὁ Κυνισμὸς οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός* », reliqua Iuliano tribuenda esse sermo monet rerumque series: quamquam ea quae sunt de Hercule, diuersis sane uerbis, apud Oenomaum reperiri potuerunt, quem Herculem ut uirtutis auctorem coluisse infra docebitur. Breuis tamen illa sententia cum Iuliani dictis si collata erit, intellegetur Oenomaum de Cynismi natura et origine ita disseruisse ut ipsum nomen finiendae rei

---

[1] Aliter de hac re senserunt uiri docti, quorum auctoritate equidem inflecti non potui. Petauius enim uerba τῇ τοῦ κυνὸς αὐτοφωνίᾳ sic uertit: « Ex ipsis canis illius sermonibus. » Cf. Saarmann, *De Oenom. Gad.* p. 7. Talbot (*Œuvres de Julien*, trad. franç., p. 181.) « Tu jugeras comme moi de ce chien, d'après son langage égoïste, son Traité des Oracles.... » Non autem dubitandum est quin proprium hic opus significetur. Quare reicienda est etiam quam Wyttenbach protulerat opinio, cum Oenomai in oracula librum altero nomine Αὐτοφωνία τοῦ κυνός inscriptum fuisse censeret, ad αὐτοφώνους χρησμούς respiciens de quibus est apud Lucianum. Qua enim ratione Iulianus duobus in rem eandem conuenientibus nominibus uocem καί interponeret? aut quem fugere potest « καὶ πᾶσιν ἁπλῶς οἷς ἔγραψεν » enumerationem, ne longius ea producatur, absoluere?

adhiberet[1]. Nec uult ad sapientis cuiusquam auctoritatem, sed ad ipsam doctrinam respici, ut qui philosophiam profiteatur non hominis unius uel alterius ingenio, sed ipsa ratione partam. Quam in opinionem acerbe more suo ac pugnaciter uidetur disputasse; nomina certe ut sunt inter se opposita indicant illum non sententiam tantum suam exposuisse, sed aduersus eos egisse qui Cynicam sapientiam uel ad Diogenem uel ad Antisthenem reducerent. Nec defuerunt inter ipsos Cynicos qui in Diogenem acrius inueherentur, ut ex hoc Iuliani loco patet : « *Ἄνω ποταμῶν, τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας*[2]. *Ἀνὴρ Κυνικὸς Διογένη φησὶ κενόδοξον.* » (*Orat.* VI init.) Oenomaus autem, quamuis a Cynicorum principibus liberum se esse profiteatur, indole tamen, doctrina, moribus scriptorumque genere similior eorum inuenietur quam ut Diogenem putetur impugnasse[3]. Nam quod auctoritatem omnem recusauit, ne id quidem a magistrorum huius sectae cum praeceptis, tum exemplis alienum erat.

*Αὐτοφωνία τοῦ κυνός* de qua dicit Iulianus aut proprium est opus a Suida neglectum, aut, quod multo similius est ueri, libri *περὶ Κυνισμοῦ* alterum nomen. Bis enim Oenomaum de Cynicorum praeceptis scripsisse uix credendum est. Itaque aut Suidas, proprio libri nomine omisso, argumentum tantum eius signauit, aut duplex titulus libro inditus erat *Αὐτοφωνία τοῦ κυνὸς ἢ περὶ Κυνισμοῦ.* Quod si eligendus esset alter, *αὐτο-*

---

[1] Qua docendi ratione usus erat Antisthenes. « Duas quidem artes sibi inuenisse uidebatur, quibus uera rerum natura tamquam diuinitus patefieret : originationem uocabulorum, quibus naturalem inesse ueritatem arbitrabatur, et poetarum ... explicationem. » (Duemmler, *Antisth.* p. 15.) Cf. Epict. *Diss.* I, 17, 12. Diog. L. VI, 17.

[2] « Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. » (Diog. L. VI, 36.) Quam uocem Cynici maxime in ore habebant.

[3] Hoc enim immerito colligatur ex hoc Iuliani loco (*Or.* VII, p. 211 D) : « Οὗτος οὖν ὁ Διογένης ὁποῖός τις ἦν ... μὴ διὰ τῶν Οἰνομάου λόγων μηδὲ τῶν Φιλίσκου τραγῳδιῶν. αἷς ἐπιγράψας τὸ Διογένους ὄνομα τῆς θείας πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς. ἀλλὰ δι' ὧν ἔδρασεν ἔργων ὁποῖός τις ἦν γνωριζέσθω. » Quae non ita intellegenda sunt quasi Diogenes ab Oenomao male audierit : sed, cum et probabiles et malos Cynicos fuisse censeat, negat Iulianus horum quae scurriliter et impudenter ab aliis dicta sint culpam in Diogenem, uerum illum quidem Cynicum, conferri debere. Cf. p. 209 D (supr. p. 10). Ceterum cf. Weber, *De Dione Cyn. sect.* p. 116. Qui mihi quidem incautius paulo Iuliani, hominis in Oenomaum infensi, testimonio usus uidetur.

*φωνίαν τοῦ κυνός* retineremus; hanc enim uocem Iulianus nisi audientibus notam usurpare non potuit.

Illud autem nomen quid tandem sibi uolebat? Explanationem tentauit Crusius [1] de qua breuiter dicendum est. Nam *αὐτοφωνίαν* ad *αὐτόφωνον* reducit [2]. *Αὐτόφωνοι* autem *χρησμοί* oracula dicebantur quae non per uatem aut monstra, sed ipse propria uoce edebat deus. Hoc modo Alexandrum rogantibus respondisse Lucianus refert: « *Ἐκαλοῦντο δὲ*, inquit, *οἱ χρησμοὶ οὗτοι αὐτόφωνοι.* » [3] Ita igitur accipiendus est titulus libri, quasi ipsius oracula dantis uox percipiatur: cui sententia illa tribuenda est: « *Ὁ Κυνισμὸς οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν οὔτε Διογενισμός.* » Qui uero ita loquitur, is deus non est sane, sed *Κύων*: ut Crusius *κυνὸς αὐτοφωνίαν* sic uertat: « Des Kyon leibhafte Stimme. » *Κύνα* autem illum putat aut heroum aliquem esse, Cynismi antiquum auctorem, qualis Hercules fuerit, aut Canis tamquam *ἰδέαν* uera sapientiae praecepta pandentem: ita enim in Luciani *Somnio* gallum, ad Cynicorum fortasse imitationem, loqui [4].

Et hanc quidem sententiam potiorem ducit: Cynicis enim et ipsi, ut infra demonstrabitur, Oenomao, scripta placebant quibus actio quaedam inesset, et in modum fabularum composita: et personae quidem non raro inducebantur allegoricae, ut Virtus, uel Fortuna, uel Paupertas, quam finxit Bion [5] pro se ipsam orationem habere [6], uel res etiam non animatae. Iam ab animalibus Cynici ad hortandos homines exempla sumere

---

[1] *Die* Κυνὸς αὐτοφωνία *des Oinomaos* (Rh. M. XLIV (1889), p. 309 sqq.)

[2] Cf. Lucian. *Gall. s. Somn.* 2: ὁμόφωνος — ὁμοφωνία.

[3] Luc. *Alex. s. Pseudom.* 26.

[4] « (Ich) vermuthe, dass Oinomaos entweder ein mythisches Vorbild der Kyniker, etwa den Herakles, oder geradezu den vorbildlichen « Hund » die wahre Philosophie verkünden liess, wie Lucian, vielleicht durch ähnliche kynische Schriften angeregt, den Hahn im *Somnium.* »

[5] Nam Cynicis adnumerari potest. « Zuletzt gehört zu diesem κυνικὸς τρόπος auch die .... humoristische Schriftstellerei Bions des Borystheniten. Dieser Philosoph, von einer Secte zur andern übergehend (Laert. IV, 51. 52) war doch vorzugsweise cynisch gefärbt. » (Rohde, *Der gr. Roman*, p. 248 n. 1.) Cf. Wachsmuth, *Sillogr.* [2], p. 67.

[6] *Teletis reliquiae* p. 4 Hense. Cf. Riese, *Varron. sat. rel.* p. 9. Wachsmuth, *Sillogr.* [2], p. 75. Weber, *De Dione Cyn. sect.* p. 161 sq. Wilamowitz, *Antigonos von Karystos*, p. 296 sq.

solebant. Oenomaus igitur neque a Cynicorum neque a suo ipsius genere abhorruisset, si Canem in scaenam induxisset, quem diuino quasi spiritu instinctum Cynismi mysteria aperire fingeret.

Sed *Κύων* ille mythicus, *κυνῶν ἐπώνυμος*, qui sit non uideo : periculum est ne a Crusio, non a Cynicis excogitatum sit illud Cynicorum omnium archetypum. Quodque uir doctus eum « das Totem der Kynikerfamilie » nominat, id facetius quam uerius dictum est. Lucianus uero quoniam nobis obicitur, Micylli gallus uoce praeditus est sane ; quid tamen ultra cum illa Canis idea commune habet ?

Non autem heroica quaedam et fabulosa animalia Cynici ad imitandum proponere solebant, sed ea quae sunt oculis subiecta : quae quod naturam sequerentur sapientiora quam homines esse censebant. Illamque uitae rationem quoniam affectabant, Cynicorum illud uel potius *κυνῶν* nomen, quod fortasse per contemptum iis inditum erat, praeferebant [1]. *Κύων* igitur multo magis pro ipso Cynico intellegendus est. Vt res ita sese habere uideatur. Oenomaus, ut de Cynicorum principibus scripsit, ita proprio libro qui est *Αὐτοφωνία τοῦ κυνός* Cynicorum causam finxit ab ipso Cynico agi. Vox autem *αὐτοφωνία* legentes ad *αὐτοφώνους χρησμούς* reuocatura erat. Etenim Cynici saepe ad Apollinis oraculorum auctoritatem se referebant [2]. Oenomaus omnem sane diuinationem respuit. Fingit autem per cauillationem Cynicum prophetae responsa reddentis partes agere, ut explicatis ab isto rebus iocosa quaedam grauitas et *σεμνότης* addatur. Ex quo suspicari possumus Oenomai de Cynismo librum in modum non philosophicae dissertationis, sed fabulae, qua res ageretur potius quam exponeretur certa quaedam sententia, compositum fuisse. Specie igitur, nisi fallimur, ab iis quae in oracula Oenomaus conscripsit parum differebat.

Sed ad alia Oenomai scripta reuertamur. Scripsit enim, ut uidimus, *περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον φιλοσοφίας*. Quem poetam Cynici saepe, ut alii philosophi, sed longe alio animo attigerunt. Antisthenis enim disciplinae pars erat poetarum, in primis Homeri,

---

[1] Cf. Bernays, *Lucian und die Kyniker*, p. 23 ss.

[2] In primis ad uocem γνῶθι σαυτόν. Cf. Dion. Chrys. *Or.* X, 22 (T. I, p. 113, Arnim). Iulian. *Or.* VI, p. 188.

explicatio, « quos ut deorum interpretes colebat. » [1] Quae postea Stoicorum fuit ratio. Diogenem autem Homerum non tam admiratum esse quam increpasse arbitrandum est [2]. Apud Lucianum certe (*Dial. mort.* 16) Homericam *νέκυιαν* (*Od.* XI, 600-603) uidetur irridere, loquiturque haec discedens : « *Τοῖς βελτίστοις νεκρῶν ἀνδρῶν συνὼν Ὁμήρου καὶ τῆς τοσαύτης ψυχρολογίας καταγελῶ.* » Itaque scripsit E. Weber, postquam de Diogenis tragoedia quae fuit *Hercules* inscripta ex illo Luciani dialogo iudicium fecit [3] : « Si recte disputaui, Diogenes Sinopensis inter Homeromastigum numerum recensendus est. » [4]

Videntur tamen Cynici non tam in ipsum poetam quam in fabulas ab eo traditas iocari soliti esse. Et pari quidem se irreuerentia Oenomaus in Homero gerit (Eus. *P. E.* V, 33, 15 sq.) : quem tamen non isdem maledictis quibus Euripidem et Archilochum persequitur. Immo oracula de Homeri patria data magis quam ipsum Homerum irridet ; quodque eum cum scarabaeo confert, id non tam ad onerandum probris poetam facit quam ut, Cynicorum more, hominum ne eos quidem qui cum maxima omnium admiratione colantur uilissimis animalibus antecedere moneat. Certe quidem, ut fabulas omnes salibus aspersit, ita libro quem de Homeri philosophia conscripsisse fertur quae is de diis heroibusque tradiderat ludibrio habere debuit. [5]

*Πολιτείαν* denique Oenomaus scripsit, ut Cynici priores. Antisthenes enim ciuitatem etsi non proprio libro informarat : quam fuerunt qui arbitrarentur Platonem respexisse, cum rempublicam porcorum luderet (*Rp.* II, p. 372 D). [6] Diogenes etiam de republica scripsit : quem librum, postquam cum antiquitati tum recentiori aetati suspectus fuit, genuinum esse nunc cognouimus :

---

[1] Duemmler, *Antisth.* p. 15.

[2] Quamquam ipsius Diogenis discipuli poetarum uersus ediscebant. (Diog. L. VI, 31.)

[3] De illa tamen coniectura cf. Helm, *Lucian u. Menipp*, p. 209 ss.

[4] *De Dione Cyn. sect.*, p. 152. « Eustathius enim, inquit, ad *Od.* λ, 601, p. 1702 ... haec tradit : « διαβάλλουσι δὲ καὶ τὸν τοιοῦτον τόπον οἱ ὁμηρομάστιγες. » et cum alia tum hoc quaerebant : « πῶς οἷόν τε τὸν αὐτὸν ἐν Ἅιδου τε εἶναι καὶ ἐν οὐρανῷ... »

[5] V. etiam Helm, *Lucian u. Menipp*, p. 120, n. 6.

[6] Duemmler, *Antisth.*, p. 3. Quam sententiam refellit Gomperz, *Les penseurs de la Grèce*, trad. Reymond, II, p. 480, n. 1. Cf. etiam Guggenheim, Neue Jahrb. f. d. kl. Altert. IX, 1902, p. 525.

testatur enim de eo Cleanthes apud Philodemum (*Voll. Herc.*, VIII, col. 13). [1] Ipse Zeno eo tempore quo *Πολιτείαν* suam edidit, adeo arte a Cratete pendebat [2] ut Cynicum hoc opus existimandum sit : et sunt quidem Stoicis, ut de aliis, ita de constituenda ciuitate, non pauca cum Cynicis communia [3]. Vt igitur post Socratem philosophi fere omnes, ad regendas hominum societates conuersi, respublicas somniarunt sapientium, ita et Cynici ciuitatem fingebant *κυνῶν*, cuius quidem ratio cum tota eorum sapientia congruebat. Ea enim, ut iis placet, uera demum est felicitas naturam sequi [4]; ergo relinquantur quibuscumque impedita est uita humana et implicata : quae licet a maioribus recepta sint et instituta : a ratione sunt aliena. Tollantur etiam quaecumque cupiditates alunt et simultates, concordiam inter ciues euertunt, qua nullum est magis expetendum bonum. Itaque contemnendae sunt diuitiae, propter quas lites et bella oriri solent, ea tantum cupienda quae ad producendam uitam necessaria sunt. Mulieres liberosque communes inter se uiri habere debent. Iudicia autem, ludi, templa, sacrificia, sacerdotes, moribus ea omnia instituta sunt, non ratione uel natura desiderantur : quibus nullus est in Cynicorum ciuitate locus.

At quae tandem ista ciuitas esse potest, cui omnia desint ciuitatum quasi fundamenta? Nullae iam sunt parentum cum liberis, nullae cognatorum inter se necessitudines; negleguntur instituta, sacra; leges ipsae tolluntur. Tolluntur enim : ut ista Cynicorum respublica nil amplius sit quam hominum conuentus omni legum uinculo liberatorum solique naturae seruientium [5]. Et hoc maxime

[1] Cf. Gomperz, Zeitschr. f. österr. Gymn. 1878, p. 254. — Duemmler, *Antisth.* p. 64.

[2] Diog. L. VII, 34.

[3] Cf. Rohde, *Der gr. Roman*, p. 240 n. 1. Dubitat Iambuli ciuitas Stoicorum an Cynicorum ciuitatis imaginem referat. Ipsius Platonis « respublica non ita procul abest a Cynicorum horrida seueritate. » (Duemmler *l. l.*)

[4] « Τῆς κυνικῆς φιλοσοφίας σκοπὸς μέν ἐστι καὶ τέλος, ὥσπερ δὴ καὶ πάσης φιλοσοφίας, τὸ εὐδαιμονεῖν, τὸ δὲ εὐδαιμονεῖν ἐν τῷ ζῆν κατὰ φύσιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὰς τῶν πολλῶν δόξας. » (Iulian. *Orat.* VI, p. 193 D.)

[5] Ab Antisthene dictum erat « τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύσεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς. » (Diog. L. VI, 11.) Virtutem autem a natura non segregabant.

Cynicorum ciuitas a ceterorum abest: cum enim alii ipsam rempublicam intueantur, quae per se exstet, ad singulos homines Cynici respiciunt, quasi ad separatim uiuendum nati, casu tantum uel praua quorundam uoluntate in societates constituti sint. Quoniam tamen homines cum hominibus uersari desinere nequeunt, hanc solam legem ut beneuolentia inter se omnes uterentur posuerunt [1]. Soluebantur ciuitates antiquae Stoicorum disciplina, mundum sapientis patriam esse asseuerantium : sed Stoici praecipiebant ut rebus publicis ciues interessent, Cynici contra ut sua quisque ciuitate tantum uteretur quantum ipsi commodum esset. Ita enim intellegenda uidetur Antisthenis uox quam Ioannes Stobaeus his refert (*Flor.* 45, 28) : « *Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τις προσέλθοι πολιτείᾳ εἶπε· καθάπερ πυρί, μήτε λίαν ἐγγὺς ἵνα μὴ καῇς, μήτε πόρρω ἵνα μὴ ῥιγώσῃς.* »

Ex his quae de republica qualem Cynici finxerunt comperimus, quatenus de Oenomao coniecturam facere possumus? De singulis rebus, ut de matrimonio educandisue liberis, quid senserit uix perspicere possumus. Sed e seruatis scriptorum eius fragmentis manifestum est eum non minus quam Cynicos priores rempublicam omnem et leges, ut ad opinionem, non ad naturam pertinentia, aspernatum esse : ut non immerito ducatur ut alia scripta, ita *πολιτείαν*, ad illorum imitationem excogitasse. Siue enim eos scribendo aemulatus est, siue Cynicam cum doctrinam tum uitae rationem renouare studuit, ueterum auctori-

---

[1] Optime notauit J. Bernays (*Lucian u. die Kyniker*, p. 38) uocem φιλανθρωπίαν Cynicorum maxime propriam fuisse. — De ciuitate Cynica luculente scripsit Ed. Zeller (*Phil. der Gr.* II, $1^4$, p. 325 sq.): « Der leitende Gedanke dieses cynischen Kosmopolitismus ist weit weniger die Zusammengehörigkeit und Verbindung aller Menschen, als die Befreiung des Einzelnen von den Banden des Staatslebens und den Schranken der Nationalität. » — O. Apelt (*Beitr. z. Gesch. der gr. Phil.*, p. 357): « Das politische Ideal der Cyniker (ist) eigentlich die völlige Staatslosigkeit. »

Meleag. *A. P.* VII, 417 : μίαν, ξένε, πατρίδα κόσμον Ναίομεν. Cuius uocis multae inueniantur similes. Socrates se mundanum esse professus erat (Cic. *Tusc.* V, 37, 108) : quod arripuerant Cynici. Cf. Diog. L. VI, 63. Neque inepte Lucianus (*Vit. auct.* 8) Diogenem ita respondentem inducit : « Ἀγ. Τὸ πρῶτον, ὦ βέλτιστε, ποδαπὸς εἶ; — Δ. Παντοδαπός. — Ἀ. Πῶς λέγεις; — Δ. Τοῦ κόσμου πολίτην ὁρᾷς. » Informauit huiusmodi ciuitatem fabulosa narratione Iambulus, qui quamquam, ut Rohde arbitratur, Stoicis se applicauit, parum tamen a Cynicorum sententia abest. De cuius libro iudicium tulit Rohde quod in Cynicorum πολιτείαν mire conuenit. (*Der gr. Rom.* p. 240 n. 1.)

tatem repudiauit, ueteres tamen secutus est. Non temere igitur Oenomai *πολιτεία* quae fuerit a priorum Cynicorum ciuitate colligatur [1].

Aliud etiam litterarum genus ad ueterum Cynicorum similitudinem Oenomaus coluit : nam et tragoedias composuit, de quibus Iulianus (*Or.* VII, p. 210 C D) hoc iudicium tulit : « *Τὰς ἀναφερομένας εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας Κυνικοῦ τινὸς συγγράμματα, ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον, εἴτε τοῦ διδασκάλου, τοῦ Διογένους, εἰσίν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσκου, τίς (οὐκ ἂν) ἐπελθὼν βδελύξαιτο καὶ νομίσειεν ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑταίραις ἀπολελεῖφθαι; ταῖς Οἰνομάου*

[1] Alienum erat a proposito singulas singulorum Cynicorum de constituenda regendaque ciuitate sententias persequi : lineamenta tantum aliqua, et illa quidem omnium communia, uoluimus adumbrare. De his tamen ipsis aliter quibusdam uisum est. Nam censet Th. Gomperz (*Griech. Denker* II, p. 131-2 ; *Les penseurs de la Grèce*, trad. Reymond, II, p. 166-7) Cynicos a rebus publicis abhorruisse sane, quod nullus esset in praesentia ciuitati ab ipsis excogitatae locus, non autem omnino omne ciuile foedus rescindendum esse docuisse, cum de ordinanda hominum societate copiose disputarint. At constat tamen eos cum νόμον et φύσιν ut res inter se contrarias segregasse sedulo, tum nullas nisi naturales probasse leges. Ciuitas autem nullo nisi naturae uinculo colligata, nulla haec esse haud temere plerisque uisa est. Formam tamen quandam reipublicae Cynici optimam ducebant, et quidem eam qua unius uoluntate cuncti regerentur. Haec autem, antiquissima quoniam erat, naturae propior illis esse uidebatur. Iam reges pro miseris tyrannis habebant : eum tantum βασιλέως nomine dignum esse iudicabant, qui φυσικοῖς νόμοις regnaret. Vt huic quoque ciuitati ipsa natura fundamentum esset. Vt autem ille demum est βασιλεύς qui est sapiens, ita sapiens regia quadam potestate fruitur. Cf. Ed. Norden, *Beitr. z. Gesch. der gr. Philos.*, p. 375 (Neue Jahrb. f. Philol. Suppl. 19 (1893), p. 365 sq.). — K. Joel (*Der echte u. d. xenophontische Sokrates*), cum plurimum ad Cynicorum ueterum, Antisthenis in primis, notitiam attulit, tum monstrauit quanti apud eos momenti fuerit βασιλεύειν uel ἀρχή. Quod tamen putauerim non tam ad publica negotia quam ad priuatam condicionem pertinere. Ἀρχικὸς enim ἀνήρ quem nobis Socrates apud Xenophontem (*Mem.* II, 1) informat, ut sit, ut illi placet (II, p. 73 sq.), omni ex parte Antisthenicus, — quod ipsum non constabit inter omnes — πόνῳ et ἐγκρατείᾳ is effecit ut et sibi moderaretur, et dignus esset qui regeret alios : non tam imperium aut exercet aut exercendum sibi proposuit, quam uirtutes affectat ad imperandum necessarias. Cf. Xen. *Mem.* II, 1, 1. Et Voluptas illa Prodicia postquam se professa est Herculem ab omni negotio liberaturam (§ 24 : οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς), non imperium promittit Virtus, sed felicitatem libertatemque per laborem et aerumnas partam. (Cf. § 27 sqq. — § 33 : τοιαῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν Ἡρακλεῖς, ἔξεστι διαπονησαμένῳ τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι.) Quare de Cynicis eidem assentiri non potui scribenti (II, p. 83) : « Auch hier stehen sich Kyniker und Kyrenaiker wie Stoiker und Epikureer gegenüber : als der politische und der unpolitische Denker. »

*δὲ ἐντυχών· ἔγραψε γὰρ καὶ τραγῳδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας, ἀρρήτων ἀρρητότερα καὶ κακῶν πέρα, καὶ οὐκέθ᾽ ὅτι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω, κἂν τὰ Μαγνήτων κακὰ, κἂν τὸ Τερμέριον, κἂν πᾶσαν ἁπλῶς αὐτοῖς ἐπιφθέγξωμαι τὴν τραγῳδίαν μετὰ τοῦ σατύρου καὶ τῆς κωμῳδίας καὶ τοῦ μίμου, οὕτω πᾶσα μὲν αἰσχρότης, πᾶσά τε ἀπόνοια πρὸς ὑπερβολὴν ἐν ἐκείνοις τῷ ἀνδρὶ πεφιλοτέχνηται.* » Has igitur tragoedias adeo parui faciebat ut eas quae sub Diogenis nomine ferebantur, quamuis ualde improbaret, Oenomai tamen anteponendas censeret. De quibus quam exoptatum esset certi aliquid attulisset potius quam tot uerba fecisset. Inspiciamus tamen, si forte collatis ueterum testimoniis lumen aliquod exoriatur.

Ac primo quidem constat Cynicorum nonnullos scripta quaedam tragoediarum nomine edidisse. De Cratete enim haec scribit Laertius Diogenes (VI, 98) : « *Γέγραφε καὶ τραγῳδίας ὑψηλότατον ἐχούσας φιλοσοφίας χαρακτῆρα.* » Et Diogeni Sinopensi tragoedias septem tribuit (VI, 80) quorum hi sunt tituli : *Ἑλένη, Θυέστης, Ἡρακλῆς, Ἀχιλλεύς, Μήδεια, Χρύσιππος, Οἰδίπους* [1]. Quas qui Philisco discipulo eius tribuerent antiquitus iam fuisse Iulianus docet[2]: constabat tamen inter omnes e Cynicorum officina eas ortas esse. At non iam dubitandum est quin Diogeni Sinopensi assignandae sint [3]. *Atreum* certe, quo nomine Philodemus *Thyestam* significat, et *Oedipum* genuinos fuisse demonstrauit Duemmler (*Antisth.*, p. 67 sq.); idem de *Hercule* non immerito sibi uidetur ostendisse Ernestus Weber (*De Dione Cyn. sect.*, p. 113 sq.; p. 153.)

Tragoediae autem illae non inducebantur in scaenam : et a tota Cynicorum indole alienum erat ad celebrandos publicos

---

[1] Suidas: « Διογένης ἢ Οἰνόμαος Ἀθηναῖος τραγικὸς γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ' καταλύσεως. Δράματα αὐτοῦ Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. » Diogenis tragoedias cum Oenomai, Diogenemque ipsum Sinopensem cum Diogene tragico confundit, qui octoginta fere annis ante eum floruerat, et *Semelen* composuerat (Athen. XIV, p. 636 A).

[2] Cf. etiam Diog. L. VI, 73: « . . . εἴ γε αὐτοῦ (= Διογένους) αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. »

[3] Quod e Philodemo (*Voll. Herc.* VIII, col. 14) collegit Gomperz (Ztschr. f. österr. Gymn. 1878, p. 255).

ciuitatis ludos aliquid conferre, aut heroas illos uersibus illustrare, quos salibus aspergere solebant. Artes etiam ut uanas atque inutiles contemnebant. Non quo iure eos *ἀπαιδεύτους* omnino Plato uel Aristoteles habuerint : sed *παιδείαν* eam tantum probabant quae hominum mores meliores efficere posset. Omnibus igitur artis illecebris utebantur quibus audientium, et rudium quidem plerumque atque imperitorum, mentes suspensas tenerent ipsosque ad suam rationem adducerent[1]. Quodque uim singularem habent descriptiones poetice ornatae, non *λόγους* tantum sed etiam *μύθους* disciplinae suae adhibebant : his autem etiam tragoediae adnumerari debent. Etenim, ut recte docuit Nauck[2], « apparet Diogenem, Cratetem, alios, sicubi tragoedias scriberent, non tam poetas egisse quam philosophos, qui placita sua uersibus decantata exponerent et in utramque partem disputando confirmare studerent. » Ita Diogenes *Thyesta* tragoedia demonstrauerat *μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν ἅψασθαι.* (Diog. L. VI, 73). *Oedipo* uero putandum est eum paradoxum suum de admittendis cognatorum inter se nuptiis illustrasse. Crates etiam, ut uidetur, Herculis itinera et labores argumentum sibi sumpsit tragoediae cuius uersus aliqui a Diogene Laertio (VI, 98), a Plutarcho (*De exsilio*, 5, p. 600 F) aliqui seruati sunt. Eandem respexit Teles de exsilio disserens[3]. De qua scribit Duemmler (*Antisth.*, p. 68) : « Non mihi uideor audacius aequo conicere, si suspicor Herculem expeditionibus et laboribus uitam terentem, nulli domicilio addictum, nullis deliciis et relaxationibus egentem a Cratete in tragoedia cognomine ut *κοσμοπολίτου* exemplar celebratum esse. »

Herculem Diogenes quoque tragoediae argumentum sumpserat. Qua licet, ut quibusdam uisum est[4], de Hercule quae fabulose nimis tradebantur in ridiculum detorserit : uidetur tamen

---

[1] Cf. Weber, *De Dione Cyn. sect.*, p. 91 : « Cratetis exemplo demonstrare uolui artem poeticam et lusus pro illecebris fuisse quibus Cynici homines ad praecepta audienda inuitarent. »

[2] *Trag. gr. fragm.*, p. 627. Cf. Susemihl, *Die griech. Litt. im Alex. Zeitalter*, I, p. 28.

[3] Stob. *Flor.*, 40, 8. — *Teletis reliquiae*, ed. Hense, p. 20.

[4] Weber, *De Dione Cynic. sect.*, p. 113 ss. ; p. 152 ss. At uide Bernays, *Lucian u. die Kyn.*, p. 47 ; Helm, *Lucian u. Menipp*, p. 209 ss.

illum, qui Cynicis mos erat [1], ut uirtutis exemplar coluisse. Lucianus certe Diogenem alio loco (*Vit. auct.* 8) haec loquentem inducit : « (*Ἀγοραστής*). *Ζηλοῖς δὲ τίνα;* — (*Διογένης*). *Τὸν Ἡρακλέα.... Στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονάς, οὐ κελευστὸς, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος.* » Quibus etsi malitia quaedam inest, non tamen a Diogenis similitudine aliena sunt, si quidem recte Diogenes de se ipse praedicasse fertur *τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου διεξάγειν ὅνπερ καὶ Ἡρακλῆς, μηδὲν ἐλευθερίας προκρίνων.* (Diog. L. VI, 71.)

Constat tamen tragoedias quasdam fuisse quibus personae iocose describerentur fabulaque in ludicrum detorqueretur. Quod et ille *μῦθος* confirmat de Panis amoribus, quo Dio Chrysostomus tradit Diogenem famosa sua de satianda Venere praecepta illustrasse [2]. Non igitur una erat tragoediarum species : uerum Cynica libertate uarias formas excogitabant, cum serium aliis, aliis ludibundum ac *σπουδογελοίων* simile placeret genus [3].

Illas autem tragoedias, cum ad illustranda tantum Cynicorum placita factae essent, non credendum est lege ac ratione, ut eas quae solemniter in scaenam inducebantur, formatas fuisse. Quid si etiam soluta oratione scriptae erant [4] ? Tragoediam sophistarum exercitationum parentem fuisse censebat Nicagoras : [5] quorum etiam narrationes quaedam soluta oratione compositae tragoediae nuncupatae uidentur esse. Quis putet modestius Cynicos generis nomen a communi consuetudine deflexisse? [6]

Non igitur longe, quantum quidem suspicari possumus, tra-

---

[1] V. Lucian. *Peregr.*, 33; *Conuiu.*, 16, quo loco Cynicus Alcidamas Herculem et ἀρχηγέτην et θεόν dicit. Cf. Zeller, *Phil. der Griech.*, II, 1[4], p. 307. Hirzel, *Der Dialog*, I, p. 121.

[2] Dio Chrys. *Orat.* VI, 20 (T. I, p. 87 Arnim). Cf. Weber, *De Dione*, p. 117.

[3] « Eine ... humoristisch, gelegentlich auch sarkastisch die Welt und ihr sonderbares Wesen abschildernde Schriftstellerei war ... in der cynischen Secte überhaupt herkömmlich. Nichts anderes scheinen die s. g. Tragödien des Cynikers Diogenes (oder Philiscus) gewesen zu sein ..... Anderer Art waren dagegen die Tragödien des Cynikers Krates, nach der Probe ... bei Laert. Diog. VI, 98. » (Rohde, *Griech. Rom.*, p. 248, n. 1.)

[4] Varronis tamen pseudotragoedias tantummodo uersibus fuisse conscriptas existimat Riese (*Varr. sat. rel.*, p. 31).

[5] Cf. Schmid, *Atticismus*, I, p. 41, n. 15.

[6] Cf. Rohde, *Gr. Rom.*, p. 351, n. 1 : « Da auch die Bezeichnung τραγῳδία in einem sehr weiten Sinne üblich wurde (man denke an die Tragödien der Cyniker

goediae illae a reliquis Cynicorum scriptis differebant, si quidem in modum dialogorum uel fabularum non stricto argumento sertarum compositae erant. Personae autem quoniam heroicae aut etiam diuinae actae rei intererant, ideo, nisi fallimur, tragoediarum illis nomen impositum est. Tituli certe quos quidem cognouimus ab heroibus ducti sunt; tragicus autem *χαρακτήρ* personarum maxime condicione addi uidebatur [1].

Sed ad Oenomaum reuertamur : qui cur credatur tragoediarum nomen retinuisse, rationem et formam mutasse, praesertim cum aliis in generibus tradita a Cynicis receperit, non uideo. Quin etiam coniecerim tragoedias illius a Diogenis parum alienas fuisse [2]. Etenim acer ut erat et uehemens et religionum irrisor, quas magis quam illius personas idoneas habuit ad iocose narrandas fabulas, incusandos deos, explicandas praeter opinionem sententias ? Ipsa uero argumenta a Diogene nescio an sumpserit : si quidem ad se ipsum respexit cum scriberet : « *Πρὸς... τὸ τραγῳδεῖσθαι οὐκ ἂν οὐδὲ νῦν ἐνσταίη οὔτε ὁ Θυέστης οὔτε ὁ Οἰδίπους οὔτε ὁ Φινεὺς ἐκεῖνος.* » (Eus. *P. E.* V, 33, 13.) Quae nomina quod ut ad Euripidis, ita ad Diogenis tragoedias pertinent, num casu factum esse putabimus ? [3] Cumque diceret Euripidis argumenta retractari posse, nonne potissimum ea exempla in mente habebat quae reuera, et quidem ab ipso, tractata erant ? [4]

---

Diogenes, Krates, Oenomaus...), so gestehe ich, dass auch die Tragödien und Komödien einzelner sophistischer Schriftsteller ... mir eher als irgend eine, schwer genau zu bezeichnende Gattung prosaischer Erzählung, denn als eigentlich scenische Dramen verständlich sind. »

[1] Cf. Plaut. *Amphitr.* Prol. u. 60 sq.

> Nam me perpetuo facere ut sit comoedia,
> Reges quo ueniant et di, non par arbitror.
> Quid igitur ? quoniam hic seruos quoque partes habet,
> Faciam sit, proinde ut dixi, tragico[co]moedia.

[2] Cf. Rohde, *Gr. Rom.*, p. 248, n. 1 : « ... die (Tragödien) des spätern Cynikers Oenomaus, welche denen des Diogenes jedenfalls ähnlich waren. »

[3] *Thyestam* dico et *Oedipum* : nam nullus nobis *Phineus* inter Diogenis tragoedias occurrit. Sed abest etiam ab Euripidis tragoediarum catalogis.

[4] Cf. tamen Th. Saarmann, *De Oen. Gad.*, p. 10 : « Oenomaum .... omnino tragica argumenta non tractasse adparet ex ea ratione qua Euripidis fabulas commemorat, ut his in rebus non consonet cum Diogene. » At illum locum (V, 33, 15) praue mihi quidem uidetur Saarmann interpretatus esse. Cf. infra ad l. l. adnotationes.

Iam similitudinem quandam inter Oenomai Diogenisque tragoediarum indolem exstitisse Iulianus ostendit : qui Cynicum quendam increpat quod μῦθον recitans foede deos lacessiuerit, negatque eum ad Diogenis Oenomaiue auctoritatem, quorum in deos maledictis plenae tragoediae ferantur, confugere posse. Oenomaum enim ex istorum numero fuisse qui impudentia linguae moribusque pecudibus potius quam hominibus dignis pulchram illam ac paene diuinam disciplinam infamarent : de his hominibus factum iudicium in ipsum Cynismum minime conuenire. Diogenis uero quae uulgo habeantur tragoedias a Philisco compositas esse : non ab iis, sed ab ipsius uita cognoscendum esse illum sapientiae auctorem. Nam in alia oratione censet tragoedias illas, etiam si a Diogene confectae sint, pro nugis habendas esse quae cum reliquis illius dictis factisque non consonent, cum constet Diogenem deos non sacrificiis sane, at intimis tamen cogitationibus, ueneratum esse (Iulian. *Orat.* VI, p. 186 C-187 B). At non accepimus Diogenem modestum religionumque cultorem fuisse : sed Iuliano ita placuerat, cum a uetere Graecorum cultu res inter se dissociabiles, antiquam religionem et philosophiam Cynicam, retinere uellet. Ipsa uero illa defensione fatetur tragoedias Diogeni addictas ab Oenomai non longe abesse. Hunc autem tragoedias confecisse dicit τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτοῦ παραπλησίας, quibus rebus omnibus uel honestis uel sacris impudentissime insultaret. Efficitur et Oenomaum et iam antea Diogenem tragoediis personas heroicas uel diuinas iocose descripsisse religionesque et fabulas in ridiculum detorsisse.

Sententiam nostram de tragoediarum illarum ratione ac forma confirmat idem ille Iulianus. Existimat enim Heraclii Cynici μῦθον non tantum in deos irreuerentem, sed etiam male factum esse : nec potest quin ostendat quid ipse eodem in genere ualeat. De sua igitur ipsius uita fictis nominibus fabulam dicit qua deos agentes atque inter se colloquentes inducit. Quae profecto narratio Cynici μύθου indole similis erat. Hic autem μῦθος cum Diogenis et Oenomai tragoediis ita confertur ut eiusdem generis fuisse putandus sit : et suspicari possumus intercessisse quandam inter Cynicorum tragoedias illumque Iuliani μῦθον non sententiarum quidem uel sermonis, sed rationis similitudinem.

Cuius speciem illa etiam quodam modo refert Iuliani satura

quae *Conuiuium* uel *Caesares* inscribitur, Senecae ludo de morte Claudii cum re, tum forma proxima. Hic autem inter Menippeas recensendus est. Et sunt quidem non pauca inter Menippeam Cynicorumque tragoediam communia[1].

Quod si tamen quaeratur quisnam inter ueteres deperditarum illarum tragoediarum imaginem optime expresserit, Lucianus sine dubio nominandus sit. Etenim et Menippum imitatus est, et Cynicorum scribendi genus suum ad usum detorsit. His certe se fingit (*Piscat.* 26) a Diogene accusari : « . . . . *ὑπελθὼν τὸν Διάλογον ἡμέτερον οἰκεῖον ὄντα, τούτῳ ξυναγωνιστῇ καὶ ὑποκριτῇ χρῆται καθ᾽ ἡμῶν, ἔτι καὶ Μένιππον ἀναπείσας ἑταῖρον ἡμῶν ἄνδρα ξυγκωμῳδεῖν αὐτῷ τὰ πολλά, ὃς μόνος οὐ πάρεστιν οὐδὲ κατηγορεῖ μεθ᾽ ἡμῶν, προδοὺς τὸ κοινόν.* » Et sunt inter *σπουδογέλοια* Luciani ponenda scripta, quamquam Cynicos urbanitate superauit et lepore. Horum autem plura non dialogi sunt tantum, sed merae fabulae: quarum in numerum *Iouem tragicum*, *Piscatorem*, *Podagram*[2] rettulerim. Non dii tantum, sed personae etiam allegoricae, quales Cynicis ualde placebant, fabulis istis adhibentur : ita in *Piscatore* induci uidemus *Φιλοσοφίαν*, *Σωφροσύνην*, *Δικαιοσύνην*, *Παιδείαν*, *Ἀλήθειαν*, *Ἐλευθερίαν*, *Παρρησίαν*. Quibus ad docendum aliquid per risum Lucianus utitur. Nam quam acerbus fuerit deorum religionumque irrisor, commemoratione uix opus est.

Restat ut de eo libro tandem dicamus cuius fragmenta aliqua ad nos peruenerunt : quem quamquam Iulianus *κατὰ τῶν χρηστηρίων* nominat (*Orat.* VII, p. 209 B), non est dubium quin inscriptus fuerit *Γοήτων φώρα*[3]: quae uox et ab Eusebio quotiens fere de eo dicit usurpatur[4] et in rem optime conuenit, cum

---

[1] Varro Menippearum ille apud Romanos auctor pseudotragoedias etiam composuit. Cf. Riese, *Varron. sat. rel.*, p. 15 sq.; 31.

[2] Nam genuinam hanc esse non negat M. Croiset, *Litt. gr.* V, p. 597.

[3] Scribendum est φώρα non φωρά. Hesychius enim φωράν = *furtum*, ab eo quod est φώρη = ἔρευνα (Attice φώρα) distinguit. Cf. Saarmann, *De Oen. Gad.*, p. 16.

[4] *P. E.* V, 18, 6; 21, 6. Cf. Theodoret. *Gr. aff. cur.* VI, p. 151, 18 R.: « Καὶ τὸ μὲν ξύγγραμμα (Οἰνόμαος) Φώραν γοήτων ὠνόμασε. »

praestigiis tantum uatum fieri posse ut homines oraculis fidem tribuant conuincere nitatur[1]. Nec aliter Lucianus de Alexandro scribit : « *Καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπεφώρατο ἠρέμα ἤδη πᾶσα ἡ μαγγανεία καὶ συσκευὴ τοῦ δράματος.* » Ipsumque *γόητα* uocat : « *Τίνι γὰρ ἄλλῳ*, ait, *δικαιότερον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος καὶ τερατείᾳ φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ ;* »[2]

Libri ab Oenomao in oracula conscripti particulae haud paruae ab Eusebio seruatae sunt, qui ethnicorum diuinationem impugnans Oenomaum *Praeparationis Euangelicae* l. V c. 19-36, l. VI c. 7 exscripsit. Reperiuntur etiam aliqua apud Theodoretum (*Graec. aff. curat.*) : is autem uidetur Eusebium auctorem adhibuisse. Et illius quidem libri disputatione VI, 8-10 (p. 151-152 Raeder) *Praeparationis Euangelicae* l. VI c. 7 excerpsit, ea tamen neglegentia[3] ut sententiarum inter se quae sit ratio non facile quis suspicetur. Etiam nonnulla eorum quae *P. E.* V, c. 19-36 exstant disputatione X, 24-41 (p. 249-254 R.) repetiit[4]. Non tamen ipsa Oenomai uerba rettulit, quem non nisi in fine, atque ita ut partem illam ab eo sumptam esse uix intellegatur, nominauit. De Cleomede denique Astypalaeensi Theodoretus Oenomaum (ap. Eus. *P. E.* V, 34) secutus disputatione VIII, 26 sq. (p. 204 R) commemorauit. (Cf. X, 38, p. 253 R).

De Oenomai libro priusquam dicere instituo, sunt nobis singuli quidam loci attentius paulo inspiciendi. Et erunt quae uidebuntur quibusdam necessaria non fuisse : at errores non pauci cum ipsa Oenomai obscuritate, tum per commentarios et uersiones uulgati sunt. Viam igitur quam ingressuri sumus, ne statim resistere cogamur, dumetis quibus impedita est quantum possumus purgemus. Quod quo facilius fieret, ipsius libri fragmenta cum adnotationibus exhibere uisum est. Non quo Oenomai haec sit editio, quam conficere nec potuimus nec uoluimus. Libros tamen manu scriptos contulimus Parisiacum 451 (*a*)

---

[1] Titulus tamen fortasse fuit : Γοήτων φώρα ἢ κατὰ χρηστηρίων.

[2] *Alex.* 25. Cf. *Iou. trag.* 31 : « Φησὶ γὰρ τὸ λόγιον οὑτωσὶ διαρρήδην γόητα μὲν εἶναι τοῦτον (sc. Apollinem). » Alex. Clem. *Hom.* III, 15 : « Ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος οὐδέν τι τοιοῦτο ἐγοητεύσατο. »

[3] De qua neglegentia cf. Raeder, *Theodoret.*, *praef.*, p. VII.

[4] Theodoret. X, 33 = IX, 10 (p. 221 sq. R.)


saec. X (qui libros continet I-V), Bononiensem 3643 (*o*) saec. XIII, Parisiacum 465 (*b*) saec. XIII, Marcianum 341 (*i*) saec. XV, quorum praecipua est auctoritas. Horum uarias lectiones, ubi utile uisum erit, referemus [1].

Ceterum de pluribus locis, obscuriores quod essent, interpretandis inquirenti mihi potius fore uisum est si omnia, quoquo modo possem, uerterem. Qua in re tentanda non inuito me factum est quod quaedam non tam translata sunt quam explicata. Vbicumque autem probabilis uisa est coniectura, quam tamen in textum recipere non auderem, non id uerti quod nunc legimus, uerum quod prius scriptum fuisse existimabam. Indicant id litterae quae dicuntur italicae.

Si quid a superioribus apte translatum erat iure meo seruaui.

---

[1] Exemplari Giffordiano cum hoc opusculum iam paene confectum esset usi sumus. Disseruit de libris manu scriptis et his et ceteris I. Heikel, *De Praep. Eu. Eusebii edendae ratione*, quem ego ducem adhibui. (Cf. Gifford t. I, p. VI sqq.) Ille codicum et inter se cognationem et aetatem hoc stemmate (p. 3) ostendit (quos non adhibueram praeter *h* omisi):




Non fuit mihi praesto Marcianus 343 (*h*) saec. XI, per quem, quoniam e codice *a* descriptus est, priorum huius lectionum, ubi quid erasum est, notitia contingit. Cf. Heikel, p. 12. Fragmentum quod *P. E.* VI, 7 exstat idem pp. LII-LXI cum uariis lectionibus edidit. Et huius et Giffordii collationibus in edendo hoc fragmento usus sum.

# II

# OENOMAI ΓΟΗΤΩΝ ΦΩΡΑΣ RELIQVIAE

[Eusebius, *Praeparationis euangelicae* libris IV et V, totam diuinationem daemonum maleficiis constare disputat : quam quo ualidius impugnet, ueterum oraculorum quae Graecorum historiis saepissime tradebantur exemplis utitur, et incipit quidem ab illo quo Athenienses pro interfecto Androgeo bis septem quotannis iuuenes Minoi mittere iussi erant. Deinde pergit ita:]

## (PRAEP. EVANG. L. V.)

C. XVIII. 6. *Τίθησι γοῦν ὁμοῦ καὶ ἀπελέγχει τὸν χρησμὸν εὖ μάλα τις τῶν νέων ἀνδρικῷ λογισμῷ γοήτων φώραν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι πεποιημένος· οὗ καὶ αὐτοῦ τῶν φωνῶν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἐμῶν ἄκουε, πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὧδέ πως ἀποτεινομένου·*

C. XVIII. 6. Oraculum autem exhibet simul et refellit optime acerrima disputatione recentiorum aliquis, proprio libro suscepta praestigiatorum deprehensione. Cuius nunc orationem, non meam, accipe, his fere uerbis in uatem inuehentis :

**XIX.** Τί δ᾽; οὐκ Ἀθηναῖοι τὸν Ἀνδρόγεων ἀποκτείναντες, καὶ λοιμώξαντες ἐπὶ τούτῳ, εἶπον ἂν μετανοεῖν; ἢ μὴ λεγόντων, οὐ σὲ προσῆκον ἦν εἰπεῖν ‛μετανοεῖτε᾽ μᾶλλον ἢ

λοιμοῦ καὶ λιμοῦ τέλος ἔσσεται, ἥνπερ ἑαυτῶν
σώματ᾽ ἀπὸ κλήρου ἄρρεν καὶ θῆλυ νέμητε
Μίνωϊ, εἰς ἅλα δῖαν ἀποστέλλοντες, ἀμοιβὴν
τῶν ἀδίκων ἔργων· οὕτω θεὸς ἵλαος ἔσται.

XIX. Quid ? nonne futurum erat ut Athenienses propter interfectum Androgeum pestilentia laborantes sese facinoris paenitere confiterentur ? Si minus, non potius erat paenitentiam ut agerent quam haec praecipere : « Pestis famisque ita finis erit, si uestro e numero marem feminamque Minoi sortitos magnum in pontum illatae iniuriae piaculum miseritis : tum demum deus propitius erit. »

2. ἐῶ γὰρ τὸ Ἀνδρόγεω μὲν Ἀθήνησιν ἀποθανόντος ὑμᾶς ἀγανακτεῖν, τῶν δὲ τοσούτων καὶ πανταχόθι καὶ πάντοτε καθεύδειν. καίτοι εἰδὼς ὅτι ἐθαλασσοκράτει τότε ὁ Μίνως, καὶ μέγα ἠδύνατο, καὶ πᾶσα ἡ Ἑλλὰς αὐτὸν ἐθεράπευε, καὶ ἦν καὶ διὰ τοῦτο δικαιότατος, καὶ νομοθέτης ἀγαθὸς, καὶ Ὁμήρῳ ἐδόκει Διὸς μεγάλου εἶναι ὀαριστὴς, καὶ ἀποθανὼν ἐν Ἅιδου δικαστὴς, καὶ σὺ διὰ τοῦθ' ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς δίκας ταύτας εἰσεπράττου. 3. ἀλλὰ παραλείπω γε οὐδὲν ἧττον ταῦτα ὑμῶν, καὶ ὅτι τοὺς φονεῖς ἐάσαντες τοὺς οὐδὲν αἰτίους πέμπειν ἐκελεύετε ἀποθανουμένους, καὶ τοῦτ' ἐπ' ἄνδρα, ὃν ἀναδεικνύναι ἐμέλλετε κοινὸν ἀνθρώπων δικαστὴν, ὃς οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἠπίστατο δικάσαι. καίτοι πόσους ὑμεῖς οἱ θεοὶ ἀντὶ τούτων τῶν κόρων δίκαιοι πέμπειν ἐστὲ Ἀθηναίοις, οὓς ἀδίκως ὑπὲρ Ἀνδρόγεω ἀπεκτείνατε;

2. Mitto enim quod Androgei Athenis interfecti casum doletis, tot aliis et passim et cotidie pereuntibus quiescitis. Enimuero quia sciebas Minoem imperium tunc maris obtinere et plurimum posse et *propterea quoque* ab omni Graecia coli, et iustissimum esse optimumque legum latorem, et ab Homero cum magni Iouis familiarem, tum uita defunctum apud inferos iudicem haberi, idcirco tu quoque tantas illius gratia poenas exigebas. 3. Praetermitto item quod incolumibus per uos interfectoribus, insontes perire iubebatis morituros que ad illum ipsum mitti quem communem hominum iudicem constituturi eratis, cum ne illud quidem iudicare potuisset. Atqui quantum numerum a uobis, dii, Athenas iuuenum illorum in locum summitti aequum est, quos Androgei causa nefarie occidistis?

4. *Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς ὁπόσοις ὁ Ἀπόλλων διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας θανάτου αἴτιος γέγονε, τὴν ἀμφὶ τοὺς Ἡρακλείδας ἀναλαβὼν ἱστορίαν, εὐθύνει λέγων οὕτως·*

4. Scriptor idem Apollinem, quod responsorum ambiguitate tam multos perdiderit, repetita Heraclidarum historia, his postulat:

XX. Ἐπεὶ δέ πως ἐπεμνήσθην τοῦδε τοῦ λόγου, φέρε τὰ καθήκοντα διέλθω τοῦ κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας διηγήματος. οὗτοι γάρ ποθ᾽ ὡρμημένοι κατὰ τὸν Ἰσθμὸν εἰσβαλεῖν εἰς Πελοπόννησον ἐσφάλησαν. Ἀριστόμαχος οὖν ὁ Ἀριδαίου, ἐπειδὴ ὁ Ἀριδαῖος ἀπετεθνήκει ἐν τῇ εἰσβολῇ, ἔρχεται ἀκουσόμενος παρὰ σοῦ περὶ τῆς ὁδοῦ· ἐπεθύμει δὲ ὥσπερ καὶ ὁ πατήρ. 2. σὺ δ᾽ αὐτῷ λέγεις·

νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι᾽ ὁδοῖο στενυγρῶν.

καὶ ὃς κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ὥρμησεν ἐπιχειρεῖν καὶ μάχῃ τελευτᾷ. τούτου δ᾽ υἱὸς ὢν ὁ Τήμενος κακοδαίμων ἧκεν ἐκ κακοδαιμόνων τρίτος· σὺ δ᾽ αὐτῷ παρηγγύας ἃ καὶ Ἀριστομάχῳ τῷ πατρί· καὶ ὅς· « ἀλλὰ κἀκεῖνός σοι, ἔφη, πεισθεὶς ἀπέθανεν ἐν τῇ εἰσβολῇ. » 3. καὶ σὺ ἔφης· « οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα, » ἐπειδὴ χαλεπὸν ἦν εἰπεῖν· κατὰ τὴν θάλασσαν. κἀκεῖνος ᾔει κατὰ τὴν θάλασσαν, δόξαν ἐμποιήσας ὅτι κατὰ γῆν εἰσίοι, καὶ μέσον στρατοπεδεύεται † Ναυάτου καὶ Τυπαίου. καὶ διακοντίζει Κάρνον Ἱππότης <ὁ> Φιλάνδρου τὸν Αἰτωλὸν, εὖ, ἐμοὶ δοκεῖ,

XX. Quoniam in hanc forte rem incidimus, age, de Heraclidarum historia quae huc spectant persequamur. Qui cum per Isthmum Peloponnesum inuadere conati essent, non successerat. Aristomachus igitur *Cleodaei* filius, cum *Cleodaeus* pater irruptione facta occisus esset, adiit te de itinere consulturus : eadem enim ac pater cupiebat. 2. Tu uero huic respondes : « Di tibi uictoriam angustum per iter porrigunt. » Is autem per Isthmum irrumpere conatus perit in acie. Adit igitur te filius eius Temenus infortunatus ex infortunatis tertius. Tu uero eadem ei atque Aristomacho patri polliceris. « Atenim, inquit, iste, iussis tuis confisus, dum irrumpere tentat occisus est. » 3. Tu uero : « Non terrestres, inquis, sed maris late patentis angustias dico. » Difficile enim erat dicere : per mare. Itaque ille per mare transire parat, per continentem iter se facturum esse simulans, castraque inter *Naupactum* et *Rhium* constituit. Carnum autem Aetolum Hippota *Phylantis* filius iaculo traicit : haud iniuria, ut mihi quidem uidetur. Cum igitur morbus *exercitum* inuasisset occubuissetque Aristodemus, rursus recesserunt. Temenus autem cum de infortunio quereretur poenas illas accepit ob necatum dei nun-

ποιῶν· καὶ ἐπειδὴ συνεχώρησε νόσος πλησία καὶ ἀπέθανεν Ἀριστόδημος, πάλιν ἐπανεχώρουν, καὶ ὁ Τήμενος ἐλθὼν ἀπεμέμφετο τῇ ἀποτυχίᾳ καὶ ἤκουσεν ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου· [καὶ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐχῆς Ἀπόλλωνι Καρνείῳ ποίημα τὸ διὰ τοῦ χρησμοῦ λέγον]

ἄγγελον ἡμέτερον κτείνας ἀνεμάξαο ποινήν.

4. « τί οὖν, φησὶν ὁ Τήμενος; τί χρὴ ποιεῖν; καὶ πῶς ἂν ἱλασαίμην ὑμᾶς; »

εὔχεο Καρνείῳ τελέειν σέβας Ἀπόλλωνι.

ὦ μιαρώτατε καὶ ἀναισχυντότατε μάντι· εἶτ' οὐκ ἠπίστασο ὅτι διαμαρτήσεται τῆς στενυγρῆς ὁ τὴν στενυγρὴν ἀκούσας; ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστάμενος ἔχρας, ἔπειτα περιεώρας διαμαρτάνοντα. 5. ἀλλ' ἀμφίβολος ἡ στενυγρή, ὅπως νικήσαντι μὲν αἴτιος εἶναι δοκῇς νίκης, ἡττηθέντι δὲ μηδὲν αἴτιος εἶναι ἥττης, ἔχῃς δὲ ἀποφυγεῖν ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα. ἀλλ' ἧκεν ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν εὐρυγάστορα, καὶ οὐκ ἔτυχεν. εὕρηται πάλιν εἰς ἀποφυγὴν Κάρνος ἄγγελος ἀποθανών. 6. καίτοι πῶς, ὦ κράτιστε, ὁ κηδόμενος οὕτω τοῦ Κάρνου ἄλλοις μὲν αὐτὸν θεοφορεῖσθαι ἐκέλευες, ἑαυτῷ δὲ οὔ; καὶ δέον σώζειν ἕνα ὄντα

tium a se exactas esse : « Nuntii nostri necati poenas soluisti. » 4. « Quid ergo, Temenus inquit ? quid facere oportet ? aut qua uos ratione placem ? » — « Suscepto uoto Carneo Apollini sacra perage. »

O impurissime atque impudentissime uates ! Nonne futurum sentiebas ut ille angustiis istis auditis ab angustiis deerraret ? Sentiens tamen nihilominus uaticinatus es, illumque postea errare siuisti. 5. Ancipiti autem sensu de angustiis dictum erat, ut uictori uictoriae, non autem repulso repulsae auctor uidereris, possesque in mare late patens confugere. Ingressus est tamen ille in mare magnum, ac ne tum quidem prospere ei successit : inuentus est rursus ad quem confugeretur Carnus legatus interfectus. 6. At quomodo, deorum potentissime, quoniam tam ualde tibi cordi erat Carnus, aliorum hunc gratia diuino instinctu concitari uoluisti, noluisti sua ? Quomodo, unum Carnum seruari cum oporteret, interire ipsum passus es, mortuoque eo Homericum morbum exercitui immisisti, immisso eo concipienda uota indixisti ? 7. Quibus si nihil ille profecisset, aliud continuo latibulum sophismati tuo repertum esset finemque nullum umquam fecissetis, consulendi

Κάρνον, αὐτόν τε περιεῖδες καὶ ἐπ' ἀποθανόντι αὐτῷ Ὁμηρικὴν νόσον ἐνέβαλες εἰς τὸ πλῆθος καὶ εὐχὰς ἐπὶ τῇ νόσῳ ἀφηγοῦ; 7. εἰ δ' εὐχόμενος οὐδὲν ἤνυεν, ἄλλο τι ἂν ἐξεύρητο ἄκος τῷ σῷ σοφίσματι, καὶ οὐδέποτ' ἂν ἐλήξατε, οἱ μὲν ἐρωτῶντες, σὺ δὲ σοφιζόμενος, ἵνα καὶ νικῶσι καὶ ἡττωμένοις ἧς ἀφώρατος κακουργῶν. ἱκανὸν γὰρ τὸ πάθος καὶ ἡ ἐπιθυμία παραβουκολῆσαι, ὡς μηδ' εἰ χιλιάκις σφαγεῖεν ἀπιστεῖν σοι ποιῆσαι.

quidem illi, tu uero cauillandi, ut seu uicissent seu uicti essent, fraudis crimen effugeres. Tantum enim insana cupiditas ad peruertendos animos ualebat ut ne milies quidem iugulati confidere te desissent.

8. *Τούτοις ἄξιον ἐπισυνάψαι τὰ περὶ Κροῖσον. Λυδίας οὗτος ἐβασίλευσεν, ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν παραλαβὼν τὴν ἀρχήν· εἶτά τι πλέον τῶν προγόνων κατορθώσειν ἐλπίσας τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν διενοήθη, καὶ διὰ πείρας ἐλθὼν ἁπάντων τὸν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλω προκρίνει, κἄπειτα κρατῆρσι καὶ πλίνθοις χρυσαῖς ἀναθημάτων τε μυρίων πλήθει κοσμήσας τὸ ἱερὸν τῶν πανταχοῦ γῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πλουσιώτατον ἀπέφηνεν, οὐδ' ὅσα πρὸς θυσίας ἐξήρκει παραλιπὼν τῇ μεγαλοψυχίᾳ. 9. ἐπειδὴ οὖν τὰ τοσαῦτα προδεδάνειστο τῷ θεῷ, ταῖς τῆς εὐσεβείας εἰκότως ὁ Λυδὸς ἐπιθαρσῶν μεγαλουργίαις στρατεῦσαι ἐπὶ Πέρσας διανοεῖται, αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν εἰς μέγα τῇ*

8. His subiungere uisum est quae pertinent ad Croesum. Inierat is in Lydia acceptum a maioribus regnum. Cum autem, meliore quam proaui fortuna utendi spe, religiose deos colere statuisset omnesque expertus esset, Delphicum Apollinem cunctis antetulit. Aureis pateris et lateribus infinitaque donorum multitudine exornatum eius templum omnium ubicumque sita sunt locupletissimum breui tempore effecit, ne iis quidem a magnifico uiro omissis quae ad sacrificandum sufficerent. 9. Tot igitur tantaque postquam mutua dedit deo, haud immerito Lydus tam egregiis pietatis suae monumentis fretus, expeditionem in Persas suscipere molitur, prouisum sibi ratus ut adiuuante deo imperium in maius augeret. 10. Quid igitur mirabilis ille uates? Idem ille Delphicus, Pythicus, amicitiae praeses, supplicem, cultorem, clientem suum non modo alieno imperio non auget, sed etiam suo exuit, non consulto sane, ut

*τοῦ θεοῦ συμμαχίᾳ προμηθούμενος.* 10. *τί οὖν ὁ θαυμάσιος χρησμῳδός; αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ ἐν Δελφοῖς, ὁ Πύθιος, ὁ φίλιος, τὸν ἱκέτην, τὸν εὐσεβῆ, τὸν πρόσφυγα, οὐχ ὅπως τῆς ἀλλοτρίας τυχεῖν ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐκπεσεῖν παρασκευάζει, οὔ τι ἑκὼν, ἔμοιγε δοκεῖ, ἀγνοίᾳ δὲ μᾶλλον τοῦ ἀποβησομένου· (μὴ γὰρ τὸ μέλλον εἰδὼς ὁ θεός, ἐπεὶ μὴ θεὸς ἦν μηδέ τις ἀνθρώπου κρείττων δύναμις, ἐπὶ θάτερα σοφιστικῶς τὸν χρησμὸν ἡρμόσατο·) καὶ μονονουχὶ φήσας·*

Κροῖσος Ἅλυν [ποταμὸν] διαβὰς μεγάλην
[ἀρχὴν καταλύσει,

*τὴν ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς τὸν εὐσεβῆ κατελθοῦσαν τῆς Λυδίας ἀρχὴν, μεγάλην οὖσαν καὶ πολυχρόνιον, καταστρέφει, τῆς ἄγαν περὶ αὐτὸν σπουδῆς τοῦτον ἀποδοὺς τῷ θεοφιλεῖ τὸν καρπόν.*

*Ἐπὶ τούτοις ὁ συγγραφεὺς οἷα οὐκ ἀλόγως διαγανακτεῖ ἄκουε·*

mea fert opinio, sed futuri potius ignorantia (futuras enim res quoniam minime praesentiebat deus, qui nec deus nec quicquam omnino humana natura maius esset, ueteratorie anceps oraculum effinxit), unaque hac uoce: „Croesus Halye superato magnam opum uim peruertet", tantum illud diuturnumque Lydiae regnum, quod a maioribus ad pium uirum hereditario iure deuenerat, funditus euertit, talem pro eximio sui obsequio deorum amantissimo uiro fructum rependens.

Id autem quam aegre merito ferat scriptor audi:

XXI. Ἔοικας δὴ ὡς ἀληθῶς τὰ μὲν ὅσα ψάμμου ἄξιά ἐστιν εἰδέναι, καλὸν δὲ μηδὲν εἰδέναι. τὴν γοῦν ὀσμὴν ἐς φρένας σὰς ἐλθεῖν κραταιρίνοιο χελώνης ἑψομένης ψάμμου ἄξιον ἐπίστημά ἐστιν· οὐκ ἀληθὲς μὲν ὂν οὐδ' αὐτὸ, ἀλλὰ προσεοικός γε ὅμως τῷ ἀλαζόνι καὶ ἀναιδεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς κενοῖς εἰδήμασι τὴν ὀφρὺν ἐπαίροντι,

XXI. Scire nempe uideris quae tanti sunt quanti arena, at boni nihil nosse. Quod certe ad sensus tuos peruenit durae illius quae coquebatur testitudinis nidor, non pluris quam arena haec est scientia. Ac ne uerum quidem hoc erat: non tamen alienum erat a deo glorioso et impudenti et qui inanem scientiam iactaret, quo facilius Lydio mancipio Croeso ne se

καὶ τὸ Λύδιον ἀνδράποδον τὸν Κροῖσον πείθοντι μὴ καταφρονεῖν αὐτοῦ· 2. ὃς μετ᾿ ὀλίγον ἐπὶ τῇ πείρᾳ ἤμελλεν ἐρωτᾶν σε εἰ στρατεύοι ἐπὶ Πέρσας, καὶ σύμβουλον ποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς αὑτοῦ μανίας καὶ πλεονεξίας. ᾧ οὐκ ὤκνησας εἰπεῖν ὅτι·

Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

3. ἐκεῖνο μέντοι εὖ, ὅτι σοι οὐδὲν ἔμελεν εἴ τι ἄτοπον πείσεται ὑπ᾿ ἀμφιβόλου χρησμοῦ ἐπαρθεὶς ἐπ᾿ ἀλλοτρίαν ἀρχήν, οὐδ᾿ εἰ πικροί τινες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις, δέον ἐπαινεῖν σε ἐπὶ τῷ ἐκτραχηλίσαι μαινόμενον ἄνθρωπον, καὶ προσεγκαλοῖεν ὡς οὐδὲ ἰσόρροπον φωνὴν ἀφέντα, ἵν᾿ ὀκνήσειεν καὶ βουλεύσαιτο ὁ Λυδός· ἀλλὰ ‛καταλῦσαι’ καθ᾿ ἕνα τρόπον νοεῖσθαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων, οὐ τὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ τὸ τὴν ἀλλοτρίαν περιποιήσασθαι. 4. ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ἢ ὁ μητρόθεν μὲν ἐκ τυραννικοῦ, πατρόθεν δὲ ἐξ ἰδιωτικοῦ γένους ἡμίονος ὢν ἐν τῷ αἰνίγματι, παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῦσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄμαντιν μαντικήν, εἴπερ οὐκ ἤδει μὴ οὐ συνήσοντα τοῦ αἰνίγματος ὁ μάντις.

contemneret persuaderet. 2. Ille autem explorata ista scientia paulo post rogaturus erat num in Persas expeditionem faceret, amentiaeque et auaritiae auctorem te adhibiturus. Cui respondere non dubitasti : « Croesus Halye superato magnam opum uim peruertet. » 3. Illud quidem optime, quod nihil tua referebat, siue quid illi, ancipiti oraculo ad inuadendum alienum imperium impulso, praeter opinionem accideret, siue acerbi homines et maliuoli, cum ob perditum a te insanum hominem laudandus esses, etiam obicerent tibi quod ne ancipitem quidem uocem emisisses, qua audita incertus deliberaret Lydus : uno enim modo *καταλῦσαι* a Graecis omnibus accipi, nec proprio imperio exui, uerum alieno potiri significare.

4. Nam Cyrus ille, siue quod semipersa aut semimedus, siue quod a matre regiae stirpis, a patre priuatae condicionis erat, mulus in aenigmate dictus est, non modo insanam musam, sed etiam diuinationem diuinandi facultatis expertem indicat, si quidem uates non prouiderat aenigma Croesum non soluturum esse. 5. Sin autem non ignorantia sed petulantia malitiaque lusit, papae! quales sunt deorum ludi! Denique, si ne id quidem, sed

5. εἰ δ᾽ οὐχ ὑπὸ ἀγνοίας, ἀλλ᾽ ὑπὸ τρυφῆς καὶ πονηρίας ἔπαιζε, βαβαὶ οἷα τὰ θεῖα παίγνιά ἐστιν. εἰ δ᾽ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ᾽ ὅτι ἐχρῆν οὕτω γενέσθαι, ἀνιερώτατος μὲν οὗτος λόγων σοφιστικῶν· τί δ᾽ ὅμως, εἰ οὕτως ἐχρῆν γενέσθαι, σὺ ὁ δύστηνος ἐν Δελφοῖς καθέζῃ τὰ κενὰ καὶ μάταια ᾄδων; τί δὲ σοῦ ὄφελος ἡμῖν; τί δὲ μαινόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ἐπὶ σὲ διώκοντες; τί δέ σοι † κνηφίας;

quod ita fieri oportebat, propterea ita factum est, profanissimus iste quidem est sermonum ueteratoriorum : sed si ita fieret necesse erat, quid, infortunate, Delphis sessitas, uana atque inania canens? Quid tu nobis prodes? Quid te delirantes undique terrarum petimus? *Quo fumus tibi spargitur?*

6. *Τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παρρησίας τὰ τῆς τῶν γοήτων φώρας, κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας. οὐδὲ γὰρ δαίμονος, μὴ ὅτι θεοῦ, τοὺς παρὰ τοῖς Πανέλλησι θαυμαζομένους χρησμοὺς εἶναι βούλεται, γοήτων δ᾽ ἀνδρῶν πλάνας καὶ σοφίσματα ἐπὶ ἀπάτῃ τῶν πολλῶν ἐσκευωρημένα· ὧν ἐπείπερ ἅπαξ ἐμνήσθημεν, οὐδὲν ἂν γένοιτο ἐμποδὼν τοῦ καὶ ἑτέρων ἐλέγχων ἐπακοῦσαι, καὶ πρῶτόν γε δι᾽ οὗ φησὶν ὁ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε·*

6. Talia Oenomaus summa libertate in praestigiatorum deprehensione profert, cynica acerbitate non carentia. Ne a daemone quidem, nedum a deo, edita esse illa tota Graecia tam celebrata oracula, sed praestigiatorum fraudes et astutias esse censet, in errorem uulgi excogitatas. Quorum quoniam semel meminimus, nihil obstat quin etiam aliorum refutationem audiamus, et primum quidem illius oraculi quo se ipsum dicit a Clario Apolline deceptum esse. Ita enim scribit:

XXII. Ἀλλὰ δὴ ἔδει τι καὶ ἡμᾶς τῆς κωμῳδίας μετασχεῖν καὶ μὴ σεμνύνεσθαι ὡς οὐκ ἐμπεσόντας εἰς τὴν κοινὴν παραπληξίαν, καὶ τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν, ἣν καὶ αὐτοὶ περὶ σοφίας

XXII. Necesse autem erat nos quoque comoediae in partem ueniremus, ne communis dementiae expertes nos fuisse gloriaremur, fatendumque erat nobis quam mercem ex Asia, cum sapientiae mer-

ἐνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ·

ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλῆιος
πάντ' ἔχων θάλλοντα, πᾶσι δρεπόμενος [πανημαδόν,
οὐδ' ὀλιζοῦται, βέβριθε δ' ὑδάτεσιν διηνε-[κές[ιν].

2. εἶτ' ἐγὼ ἀκούσας ὁ βάκηλος καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐφυσήθην καὶ τοῦ Ἡρακληίου κήπου θάλλοντος, Ἡσιόδειόν τινα ὀνειροπολῶν ἱδρῶτα διὰ τὴν Τρηχῖνα, καὶ ῥηιδίην αὖθις ζωὴν διὰ τὸν θάλλοντα κῆπον. 3. εἶτά μοι ἐπερομένῳ εἴ μοι συναίρονται οἱ θεοὶ, εἷς τις ἐκ τῶν πολλῶν λέγει, ἐπομνύμενος αὐτοὺς τοὺς συναιρομένους θεοὺς, ἦ μὴν παρὰ σοῦ ἀκηκοέναι αὐτὸ τοῦτο Καλλιστράτῳ δεδομένον Ποντικῷ τινὶ ἐμπόρῳ. 4. ἐγὼ οὖν ὡς ἤκουσα, πῶς οἴει ἠγανάκτησα, ὡς δὴ τῆς ἀρετῆς ὑπ' αὐτοῦ ἀποστερούμενος; ἀλλὰ καίπερ δυσφορῶν ὅμως ἀνεσκοπούμην τὸν ἔμπορον, εἴ τι κἀκεῖνος ἐθάλφθη ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους· ἐφαίνετο δὴ οὖν κἀκεῖνος πόνον τινὰ πονεῖν, καὶ κέρδους ἐφίεσθαι, καὶ βίον τινὰ ἡδὺν ἐκ τοῦ κέρδους προσδοκᾶν. 5. ὡς δ' ἐφαίνετο ὁ ἔμπορος ἐξ ἴσου ἐμοὶ, οὐκέτι τὸν χρησμὸν ἐδεχόμην, οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ'

caturam faceremus, a te, Clarie, reportauissemus.

« Est in aruo Trachinio Herculis hortus, florentibus herbis refertus, quas omnes semper decerpunt; nec deficit umquam : sed fontibus abundat perennibus. »

2. Cum autem *de florido Herculis horto stultus ego audissem, ipse nescio qua spe ab Hercule inflatus sum*, cum et sudorem somniarem Hesiodeum propter Trachina, et facilem postea uitam propter floridum hortum. 3. Roganti uero mihi adiuuarentne me dii, respondit unus e uulgo, ipsos illos iuratus adiutores deos, audisse se cum idem exciperet a te Callistratus mercator quidam Ponticus. 4. Quo audito, quam uehementer me indignatum esse putas, tamquam sperata uirtute ab illo spoliarer. Sed quamuis aegre ferrem, quaesiui tamen numquid mercatorem Hercules fouisset. Comperi igitur illum quoque quiddam laborare et lucrum cupere et suauem ex lucro uitam exspectare. 5. Vbi igitur comperi mercatorem mihi aequari, et oraculum et ipsum Herculem ualere iussi, dedignatus in consortionem illam uenire, cum labores praesentes illos quidem, epulas uero speratas tantum animaduerterem. 6. Non autem latro, non miles, non amator, non amatrix, non adulator, non rhetor,

ἀπηξίουν τῶν αὐτῶν κοινωνεῖν, εἴς τε τοὺς παρόντας πόνους αὐτῶν ἀποβλέπων καὶ τὰς ἐν ἐλπίδι φάτνας. 6. ἀλλ' οὐδ' ὁ ληστὴς ἄμοιρος τοῦ χρησμοῦ ἐφαίνετο, οὐδ' ὁ στρατιώτης, οὐδ' ἐρῶν ἀνήρ, οὐδ' ἐρῶσα γυνή, οὐδὲ κόλαξ, οὐδὲ ῥήτωρ, οὐδὲ συκοφάντης. ἑκάστῳ γὰρ ὧν ἐπιθυμεῖ ἡγεῖσθαι μὲν τὸν πόνον, ⌈προσδοκᾶσθαι δὲ τὴν εὐφροσύνην.⌉

non sycophanta oraculo illo carere uidebatur : unicuique enim, quicquid erat in uotis, antecedere laborem, exspectari uoluptatem.

7. *Ταῦτα ἐκθέμενος εὐθὺς ἐπισυνάπτει ὡς καὶ δεύτερον ἐρωτήσας καὶ τρίτον οὐδὲν εἰδότας ἔγνω τοὺς θαυμασίους, μόνῳ δὲ τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιαν ἐπικρύπτοντας. λέγει δ' οὖν·*

7. Quibus expositis, adicit quemadmodum iterum ac tertium consultos egregios illos uates nihil scire, sed ambigui sermonis obscuritate ignorantiam tegere intellexerit. Sic igitur loquitur :

XXIII. Ἐπεὶ δέ μοι τὰ τῆς ἐμπορίας ἤδη πρὸ ὁδοῦ ἦν, ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν, ἄπορος δὲ ἐφαίνετο οὗτος, σὲ ἐδεόμην καὶ τούτου γενέσθαι ἐνδείκτην.

ἐν δὲ τοῖσιν εὐπελέεσσιν ἠδ' Ἀχαιοῖσ<ιν> [χρέος
θήσεται, τὸ δ' ἐκτεκμαρθὲν οὐδέ μιν [σκομφύξεται

2. τί φῄς; εἰ δ' ἀγαλματοποιός τις ἢ ζωγράφος ἐπεθύμουν γενέσθαι καὶ διδασκάλους ἐζήτουν, ἆρά μοι ἤρκει ἀκοῦσαι· ἐν δὲ τοῖσιν εὐπελέσσιν', ἀλλ' οὐκ ἂν μαίνεσθαι εἶπον

XXIII. Cum iam illa mihi mercatura procederet et desiderarem quem ad sapientiam ducem adhiberem, is autem difficilis inuentu uideretur, petiui a te ut mihi hunc quoque indicares :

« Apud homines faciles et Achiuos res uersabitur ; quod autem coniectum erit....... (?) »

2. Quid ? si sculptor uel pictor fieri cupissem harumque artium magistrum quaesissem, num contentus essem audire « apud homines faciles » ? Nonne dixissem delirare talia dicentem ?

3. Sed huic forsitan rei dinoscendae non par fueris : ea est

τὸν λέγοντα; 3. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως οὐχ ἱκανὸς εἶ διανοῆσαι, ἀσάφειαν γὰρ ἔχει πολλὴν τὰ ἀνθρώπεια ἤθη· ὅποι δέ μοι ἐκ Κολοφῶνος ἄμεινον πορεύεσθαι, οὐκέθ᾽ οὕτως ἀφανὲς τῷ θεῷ.

> ἐκ τανυστρόφοιο λᾶας σφενδόνης ἱεὶς ἀνὴρ
> χῆνας ἐναρίζει βο[υ]λαῖσιν ἀσπέτους ποιη-[βόρους.

τοὺς δὲ ἀσπέτους ποιηβόρους χῆνας τίς μοι μηνύσει ὅ τί ποτε λέγουσι; τίς δὲ τὴν τανύστροφον σφενδόνην; ὁ Ἀμφίλοχος, ἢ ὁ Δωδωναῖος, ἢ σὺ ἐν Δελφοῖς εἰ γενοίμην; οὐκ ἀπάγξῃ που ἀπελθὼν τῇ τανυστρόφῳ σφενδόνῃ μετὰ τοῦ ἀδιανοήτου ποιήματος;

humanorum morum obscuritas. Quo autem Colophone satius mihi esset proficisci, id saltem deum non adeo latebat.

« Vir procul uibrata funda lapides excutiens anseres ictibus interficit innumeros herba uescentes. »

At anseres innumeri herba uescentes quid sibi uelint quis mihi interpretabitur? Quis fundam procul uibratam? Amphilochusne? an Dodonaeus? an tu si Delphis sim? Quin tu abis ut pereas funda tua procul uibrata, inenodabili cum isto carmine tuo?

4. *Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐληλεγμένων ὥρα συνιδεῖν αὖθις ἄνωθεν ὅπως τοὺς παλαιτάτους χρησμοὺς τοὺς ἐν Δελφοῖς ὁ αὐτὸς ἀπελέγχει, τοὺς δὴ μάλιστα ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις θαυμαζομένους.*

5. *Πολὺς ἦν ὁ Περσῶν στρατὸς ὡπλισμένος κατὰ Ἀθηναίων, οὐδ᾽ ἦν τις αὐτοῖς ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς ἢ μόνος ὁ θεός· οἳ δὴ τοῦτον ὅστις ἦν οὐκ εἰδότες τὸν πάτριον ἀρωγὸν ἐπεκαλοῦντο· ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων οὗτος ἦν.* 6. *τί οὖν ὁ θαυμαστὸς οὗτος; ἆρά γε τῶν οἰκείων ὑπερεμάχει; ἆρα λοιβῆς καὶ κνίσης*

4. Qua disputatione peracta, tempus ad uetustissima oracula Delphica redeundi ab eodem refutata: et sunt quidem in Graecis historiis uel maxime celebrata.

5. Ingens erat Persarum exercitus in armis aduersus Athenienses, ut nullam nisi in deo positam spem haberent. Hic autem cum non satis nouissent quis esset, auxiliatorem patrium inuocabant: Delphicus Apollo is erat. 6. Quid igitur praeclarus ille deus? Pro suorum salute numquid pugnauit? Libationum et nidoris et ceterorum meminit quae sollemniter obtulerant, cum hecatombas immolarent? Minime quidem. Sed quid eos iubet? Fugere nempe, fugere, ligneo muro constructo,

ἐμέμνητο καὶ ὧν αὐτῷ συνήθως ἐτέλουν τὰς ἑκατόμβας ἐπιθύοντες; οὐμενοῦν. ἀλλὰ τί φησιν; φεύγειν, καὶ φεύγειν ξύλινον τεῖχος παρασκευασαμένους, οὕτω τὸ ναυτικὸν δηλῶν, δι' οὗ μόνου φησὶν αὐτοὺς σωθήσεσθαι τῆς πόλεως ἐμπρησθείσης. 7. ὦ μεγάλης θεοῦ βοηθείας. εἶτα πολιορκίαν οὐ μόνον τῶν ἄλλων κατὰ τὴν πόλιν οἰκοδομημάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένων προλέγειν δῆθεν προσποιεῖται. τοῦτο δὲ καὶ δίχα χρησμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου προσδοκᾶν ἦν.

Εἰκότα δῆτα ποιῶν ὁ συγγραφεὺς διαπαίζει πάλιν τὴν Ἑλληνικὴν ἀπάτην ἐξελέγχων ἐν τούτοις·

— ita enim classem designabat — quo uno confirmabat eos incensa urbe seruatum iri. 7. O magnum dei auxilium! Adice quod obsessionem non reliquorum solum in urbe aedificiorum, sed eorum quoque quae diis sacra erant, praedicere se fingit: quod etiam sine oraculo ex hostium impetu suspicari licebat.

Iure igitur scriptor ille Graecorum fraudem illudit, his redarguens:

XXIV. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐθελοκάκου τινός ἐστιν, ἐκεῖνα δὲ δεῖ μᾶλλον εἰς τὴν κρίσιν προάγειν τὰ πρὸς Ἀθηναίους. καὶ δὴ λεγέσθω τὰ πρὸς Ἀθηναίους.

ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; πόλιν φύγετ' ἔσχατα γαίης·
οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μενεῖ ἔμπεδος οὔτε τὸ σῶμα,
οὐ χέρες, οὐδὲ πόδες νέατοι· κατὰ γάρ μιν ἐρείψει
πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συριηγενὲς ἅρμα διώκων·
πολλὰ δὲ τῆδ' ἀπολεῖ πυργώματα καὶ κατερείψει·
πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει·
οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεούμενοι ἑστήκασιν,
δείματι παλλόμενοι.

XXIV. At illa quidem forsitan maliuoli fuerint: quare potius in iudicium ueniat quod Atheniensibus responsum est. Id autem est huiusmodi:

« O miseri, quid sedetis? Vrbe relicta ad extrema terrae fugite. Non caput firmum manebit, non corpus, non manus, non extremi pedes: quae funditus tollet ignis et Mars acer, currum Syriacum agens; multas hic perdet arces et euertet, multa deorum templa rabido dabit igni: quae nunc sudore madent metu trepidantia. »

2. Habes oraculum Atheniensibus redditum: cui numquid diuini

2. ἰδοὺ δή σοι τὸ πρὸς Ἀθηναίους λόγιον· ἦπού τι μαντικὸν ἔνεστι; σὺ γὰρ οὕτως † ἐθάρρεις αὐτῷ νὴ Δία, φαίη τις ἄν. εἰ δὲ προσθείης ἃ δεομένων βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιλέγεται, γνωσθήσεται· ἰδοὺ δὴ προσκείσθω·

> οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι
> λισσομένη πολλοῖσι λόγοις......
> σοὶ δὲ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσσας·
> τῶν ἄλλων προαναλισκομένων
> τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
> μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν διὰ Παλλάδα κούρην·
> μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
> νῶτον ἐπιστρέψας· ἔτι τοί ποτε κἀντίος ἔσται.
> ὦ θείη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
> ἤ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

inest? — Tu enim hoc pacto, dixerit aliquis, *dissimulas illud.* Sin autem adicias quae postea auxilium rogantibus praedicata sunt, diuinum consilium agnoscatur. Ergo adiciantur.

« Non potest Pallas Iouem Olympium placare, quamuis crebris precibus flagitet...... Tibi uero hoc uerbum edico, adamantis instar firmum : nam captis reliquis Iuppiter Tritonidi Palladi uirgini concedit ut ligneus murus solus sit inexpugnabilis. Neque tu equitum aut peditum uim maneto, sed tergum uertito : etiam aliquando aduersus tibi hostis erit. O diuina Salamis, perdes tu mulierum natos, siue cum spargetur, siue cum contrahetur Ceres. »

3. ἄξιός τέ σοι ὁ Ζεὺς τοῦ Διός, ὦ υἱὲ τοῦ Διός, ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀδελφέ· ἥ τε σπουδὴ αὕτη καὶ ἡ ἀντισπουδία ἐπιπρέπει τῷ πατρὶ καὶ τῇ θυγατρὶ, μᾶλλον δὲ τοῖς θεοῖς· ὅ τε Ὀλύμπιος οὗτος ὁ τὴν μίαν ταύτην ἐξελεῖν πόλιν ἀσθενῶν, εἰ μὴ ἀπὸ Σούσων ἐπάγοι αὐτῇ τὸν ἄπειρον ἐκεῖνον στρατὸν, μέγας τις ἄρα ἦν καὶ τὴν τοῦ παντὸς κυρείαν ἔχων,

3. Dignus hercule Iuppiter Ioue, o Iouis fili ! Nec non Minerua Minerua, o Mineruae frater ! Et ista uoluntatum studiorumque pugna patrem filiamque, immo deos decet. Olympius autem iste, delendae huic uni urbi impar nisi Susis adduceret immensum illum exercitum, magnus erat et omnium rerum procurationem exercebat uidelicet ! Dignus idem quem crederemus ex Asia in Europam tot gentes transportare, unam in Europa urbem euertere non posse.

καὶ πιθανὸς ἅμα, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην κινῶν ἔθνη τοσαῦτα, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πόλιν ἀνατρέψαι ἀδύνατος ὤν. 4. καὶ σὺ δέ, ὁ τολμηρὸς ἅμα καὶ ἐπὶ τῷ μηδενὶ ῥιψοκίνδυνος, οὐκ οἰμώξεις; (εἴποιεν ἂν ἄνθρωποι ὑπὲρ ὧν ἡ Παλλὰς οὐ δύναται Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι·) ἢ οὐ τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνιεν ὁ Ζεύς, ἀλλὰ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς ξύλοις· κἄπειτα σὺ μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔσωζες, ὁ δὲ τὰ οἰκοδομήματα ἐνεπίμπρα ἐπακτῷ πυρί; οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ κεραυνὸς τηνικαῦτα. 5. εἰ μή τι μᾶλλον ἡμεῖς τολμηροί τε ἐσμὲν καὶ ῥιψοκίνδυνοι, οὐκ ἐπιτρέποντες ὑμῖν οὕτω φληναφεῖν. πῶς δέ, ὦ μάντι, ὅτι μὲν ἡ θείη Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν ᾔδεις, πότερα δὲ σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης οὐκέτ' ᾔδεις; πῶς δὲ οὐδὲ τοῦτο ᾔδεις, ὅτι τὰ τέκνα τῶν γυναικῶν εἴποι μὲν ἄν τις εἶναι καὶ τὰ οἰκεῖα, εἴποι δ' ἂν καὶ τὰ πολέμια, αἰσθόμενος τοῦ κακοτεχνήματος; 6. περιμένειν δὲ δεῖ τὸ ἀποβησόμενον· ἓν γὰρ δεῖ τι τούτων ἀποβήσεσθαι. ἡ γάρ τοι Σαλαμὶς ἡ θείη οὐδὲ ἡττωμένων ἀφήρμοσεν ἄν, ὡς εἰς οἶκτον οὕτως

4. Tu uero, audacissime, qui de re nihili pericula obis, non uapulabis? dixerint forsitan homines quorum gratia Minerua Iouem Olympium placare non potest. An lapidibus lignisque, non hominibus Iuppiter suscensuerat? Itaque homines tu quidem seruaturus, aedificia ille aduenticio igni consumpturus erat? Non enim fulmen tunc suppetebat. 5. Nisi forte nos potius audaces sumus et in obeunda pericula proni, qui uos ita nugari non patiamur.

Iam quomodo, uates, cognoueras diuinam Salamina mulierum natos perdituram esse, illud autem ignorabas utrum id spargendae an contrahendae Cereris tempore futurum esset? Aut quomodo te fugit mulierum liberos non minus de propriis quam de hostium liberis intellegi facile sensurum quicumque fraudem perspexisset? 6. Nimirum exitus exspectandus est: alterutrum enim eueniat necesse est. Nam quod Salamis illa diuina dicta erat, ne a uictis quidem haec uox aliena erat, tamquam ad significandum luctum usurpata. Pugnam autem naualem siue spargendae siue contrahendae Cereris tempestate futuram esse, poetici sermonis grauitate ita fictum est, ut loquendi argutiis oraculum crimen effugeret, nec statim oc-

ἐπιφωνουμένη· ἥ τε μέλλουσα τῶν νηῶν μάχη, ἤτοι που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης, καταπέπλασται τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ, ἵνα γένηται μάντευμα ἀφώρατον τῷ σοφισμῷ καὶ μὴ εὐθὺς καταφανὲς ἢ ὅτι ἐν χειμῶνι μάχη ναυτικὴ οὐ συνίσταται. 7. ἤδη δὲ οὐδὲ ἡ τραγῳδία ἀφανής, οὐδὲ οἱ θεοὶ ἐπεισκυκλούμενοι, ὁ μὲν ἱκετεύων, ὁ δὲ οὐ καταχαμπτόμενος· χρήσιμοι τῷ μέλλοντι καὶ τῇ τοῦ πολέμου παραδόξῳ ῥοπῇ, ὁ μὲν σωζομένοις, ὁ δ' ἀπολλυμένοις. εἴτε γὰρ σώζοιντο, ἰδοὺ αἱ τῆς Παλλάδος λιταὶ προμεμήνυνται, ἱκαναὶ οὖσαι κάμψαι τὴν τοῦ Διὸς ὀργήν· εἴτε καὶ μή, οὐδὲ τοῦτο τῷ μάντει ἀκατάσκευον· οὐ γὰρ δύναται Παλλὰς τὸν Δία ἐξιλάσασθαι· πρός τε τὰς ἡμιχάκους τύχας ὁ τεχνίτης ἐκέρασε τὸ λόγιον, ὡς δὴ τοῦ Διὸς τῇ μὲν τὴν ἑαυτοῦ πρόθεσιν ἐκτελέσαντος, τῇ δὲ τὴν δέησιν τῆς θυγατρὸς οὐ περιφρονήσαντος. 8. τά τε πυργώματα ὅτι πολλὰ ἀπολεῖται, <οὐδ'> εἰ μετὰ ναρθήκων, ἀλλὰ μὴ μετὰ σιδήρου καὶ πυρὸς ἐπῄεσαν, τάχα ἂν ψεῦδος ἦν, ὁπότε καὶ μετὰ ναρθήκων ἔπραξαν ἄν τι πάντως οἱ

curreret pugnas nauales hieme committi non solere.

7. Iam uero ne tragoediae quidem obscura est ratio, nec machinis inuectorum deorum, quorum alter supplex, inexorabilis alter fingitur : et utiles quidem in futurum et in inopinatas belli fortunas, ille saluis, hic pereuntibus. Nam si salui futuri erant, en tibi praedictae erant Mineruae preces, quae ad permulcendam Iouis iram ualerent ; sin autem uincerentur, ne hoc quidem uati non prouisum : non enim Minerua Iouem flectere potest. Etiam in casus partim prosperos, partim aduersos ita concinnauerat artifex oraculum, ut partim Iuppiter suam mentem expleuisse, partim filiae precibus aures praebuisse uideretur.

8. Nam arces multas perituras esse, ne tum quidem si ferulis, non igni et ferro inuasissent, fortasse falsum esset, cum etiam ferulis instructa effecisset certe aliquid tanta multitudo. « Ego uero ligneum, inquit, murum solum inexpugnabilem inueni. » Consilium istud quidem, non oraculum, ab hoc altero non absonum : « Fuge, non remane, neu ignauum esse te pudeat. » 9. Is certe qui aenigma istud soluit nihilominus quam tu sentiebat Athenas Persarum expeditionis

τοσοῦτοι. ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, ἐξεῦρον τὸ ξύλινον τεῖχος, τὸ μόνον ἀπόρθητον. συμβούλευμα σύ γε, ἀλλ' οὐ μάντευμα, οὐκ ἀπεοικὸς τῷ

φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸν [εἶναι.

9. ὁ γοῦν ἐπιλυσάμενος ἐκεῖνο τὸ αἴνιγμα οὐ χείρων ἦν σου κατιδεῖν ὅτι ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις πρόφασις ἦν τῷ Πέρσῃ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἡ πᾶσα ἔλασις ἐπὶ ταύτην πρώτην τε καὶ ἐξοχωτάτην ἐγίνετο, ἐπεὶ καὶ ὁ ἄμαντις αὐτὸς ἐγὼ τοῦτ' αἰσθόμενος καὶ τὸν Ἀθηναῖον ἄν, οὐ μόνον τὸν Λυδὸν, ἐκέλευον φεύγειν νῶτα ἐπιστρέψαντα. ἔτι γάρ ποτε κἀντίος ἔσται· πολλὴ γὰρ ἱπποσύνη καὶ πεζὸς ἐπέρχεται. 10. ὅτι δὲ ναυσὶν, ἀλλ' οὐ κατ' ἤπειρον· καὶ γὰρ ἦν γελοῖον ἔχοντας ναυτικὸν καὶ ἐπὶ θαλάσσης κατοικοῦντας μὴ οὐ πασσυδὶ σκευωρησαμένους καὶ τροφὰς ὅσας εἶχον συνεμβαλλομένους σώζεσθαι, παραδόντας τοῖς βουλομένοις τὴν γῆν.

causam esse totumque impetum in urbem illam primam et nobilissimam fieri : etenim ipse ego, qui diuinandi facultate careo, cum haec sensissem, non Lydum modo, sed Atheniensem fugere iussissem terga uertentem. Nam etiam aliquando aduersus erit hostis : multi enim equites peditesque inuehuntur. Et nauibus, non terra : ridiculum esset homines classe instructos et maris accolas, non collectis celeriter uasis et quicquid commeatus suppeteret secum asportantes salutem suam expedire, terra quibus placeret relicta.

11. *Ταῦτα μὲν οὖν τὰ πρὸς Ἀθηναίους· ἀσθενῆ δὲ σφόδρα καὶ καταγέλαστα τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους. ἤτοι γὰρ πᾶσα, φησὶν, ἡ πόλις πολιορκηθήσεται, ἢ ἀπολωλότα*

11. Haec Atheniensibus data. Quae uero Lacedaemoniis, inualida sunt prorsus et ridicula. Nam ciuitas, inquit, aut tota obsidebitur, aut occisum regem lugebit. At facile quilibet suspicaretur alterutrum utique euenturum esse.

τὸν βασιλέα πενθήσει. τοῦτο δ᾽ ἐξ ἅπαντος εἰκὸς ἦν παντί τῳ στοχάζεσθαι, τὸ ἤτοι τόδε ἢ τόδε συμβήσεσθαι. 12. ἀλλ᾽ οὐ δήπου θεοῦ ἦν μάντευμα ὧδέ πως ἀμφιβάλλειν ἀγνοίᾳ τοῦ μέλλοντος, βοηθεῖν δέον καὶ σωτῆρα τῶν Ἑλλήνων ἐν καιρῷ παραφαίνεσθαι, καὶ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ βαρβάρων νίκην τοῖς Ἕλλησιν ὡς ἂν οἰκείοις φίλοις προξενεῖν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο δυνατὸς ἦν, κἂν τὸ μὴ παθεῖν αὐτούς, μηδ᾽ ἁλῶναι παρέχειν. ὁ δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὅπως αὐτοῖς τὰ τῆς ἥττης περιστήσεται γινώσκει. διὸ καὶ πρὸς ταῦτα οἷά φησιν ὁ ἔλεγχος ἄκουε·

Certe quidem non dei erat ignorantia futuri anceps responsum reddere, cum oporteret et adiuuare Graecos et tempestiue liberare et his potius, ut domesticis et amicis, uictoriae ex hostibus et barbaris referendae auctorem esse. Id autem si procurare non poterat, ne quid incommodi acciperent neue hostium in potestatem uenirent cauere debebat. Verum ille ne hoc quidem: immo qualis futura sit imminentis cladis species nescit. Quare quo modo Oenomaus illa redarguat accipe:

XXV. Ἀλλ᾽ οὐ δεῖ Λακεδαιμονίοις, φήσεις, ταυτὸν παραινεῖν. ἀληθῆ λέγεις. οὐ γὰρ ἠπίστασο, ὦ σοφιστά, οἷ χωρήσει τὰ τῆς Σπάρτης ὥσπερ τὰ τῆς Ἀττικῆς. ἐδεδοίκεις οὖν μὴ σὺ μὲν κελεύσῃς αὐτοὺς φεύγειν, κἄπειτα οἱ μὲν φεύγοιεν, οἱ δὲ μὴ ἐπέλθοιεν. 2. ἐπεὶ οὖν ἔδει τι λέγειν, οὕτως εἶπας τοῖς Λακεδαιμονίοις·

ὑμῖν, ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο,
ἢ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς ὑπ᾽ ἀνδράσι Περσείδῃσι
πέρσεται, ἢ τὸ μὲν οὐχί, ἀφ᾽ Ἡρακλέος δὲ γενέθλης
πενθήσει βασιλῆ φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρον.

3. πάλιν ὁ ἀμαντευτότατος σύνδεσ-

XXV. Atenim, dices, non decuit Lacedaemoniis idem suadere ut facerent atque Atheniensibus. Verum dicis. Non enim ut Athenarum, ita Spartae sciebas, o sophista, quorsum res euasurae essent. Itaque metuebas ne, si fugere eos iussisses, fugerent Lacedaemonii, Persae uero non uenirent. 2. Quoniam autem aliquid respondendum erat, sic Lacedaemoniis respondisti:

« Vobis, o spatiosae Spartae incolae, aut ingens gloriosa urbs a uiris Persis euertetur, aut, si hoc non fiet, regem ab Hercule ortum Laconica flebit terra. »

3. En rursus coniunctio a diuinatione alienissima. Quam ta-

μος. ἀλλ' ἐῶμεν αὐτὸν, ὡς μὴ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ σοι ἐπιπηδῶντες ἐπαχθεῖς ἅμα καὶ ἄποροι δοκῶμεν εἶναι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐπισκοπῶμεν. 4. εἰς σὲ μὲν ἀπέβλεπον ἅπαντες ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ, σὺ δ' αὐτοῖς καὶ τῶν μελλόντων μηνυτὴς καὶ τῶν ποιητέων ἦσθα σύμβουλος. καὶ σὲ μὲν ἐκεῖνοι πιστὸν, σὺ δ' αὐτοὺς ἐπέπεισο ἠλιθίους εἶναι, καὶ ὁ καθεστὼς καιρὸς ὅτι ἱκανὸς ἦν ἄγειν καὶ τραχηλίζειν τοὺς ἀβελτέρους οὐ μόνον εἰς Δελφικὰ καὶ Δωδωναῖα σοφιστήρια, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τὰ κριθομαντεῖα καὶ ἀλευρομαντεῖα καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους. 5. πιστοὶ δὲ οὐ μόνον οἱ θεοὶ τηνικαῦτα, ἀλλ' ἤδη καὶ αἱ γαλαῖ καὶ αἱ κορῶναι καὶ τὰ καθύπνια παραπαίσματα. οὔκουν ἄδηλον ὅτι οὔτ' ἂν ἀμφότερα μᾶλλον ἐδέξαντο ἢ τὸ ἕτερον οὔτ' ἂν τὸ μεῖζον ἀντὶ τοῦ μείονος, μεῖον δὲ εἶναι ἕνα ἀντὶ πάντων πεσεῖν τὸν βασιλέα. 6. μετὰ μὲν δὴ τῆς πόλεως πιπτούσης οὐδεμία οὐδ' αὐτῷ ἀποφυγή· εἰ δ' αὐτὸς ἄλλῃ πῃ τάττοιτο, τάχα ἄν τι καὶ παράδοξον γένοιτο. λείπεται δὴ τοὺς ταῦτα λογιζομένους τὸν μὲν βασιλέα πέμψαι προσπολεμή-

men omittamus, ne, si bis in eandem rem inuehamur, molesti simul et in inueniendis argumentis impediti uideamur : in reliqua intueamur.

4. Ad te omnes tanto in periculo conuersi erant, tu iis et rerum futurarum eras interpres et gerendarum auctor. Et te quidem illi fidum, tu uero illos stolidos esse persuasum habebas, opportunumque esse tempus quo stultos iugulandos non solum in Delphicas uel Dodonaeas sophistarum officinas, sed ad eos qui ex hordeo, qui ex farina sortes ducunt, et ad uentriloquos mitteres. 5. Creditur enim tum non diis tantum, sed etiam mustelis et cornicibus et somniorum fraudibus.

Manifestum autem erat eos non libentius utrumque malum pro alterutro, grauius pro leuiore accepturos esse; leuius autem esse solum pro omnibus perire regem. 6. Iam in totius urbis excidio ne ipsi quidem regi effugium ullum patebat; si autem alio in loco collocaretur, fortasse aliquid praeter opinionem euenturum erat. Quae reputantibus unum iam superest, ut regem ad proelia mittant, ipsi domi sedentes procul a periculis exitum opperiantur. 7. Et rex quidem cum paucis immensam multitudinem excipiens non dubium erat quin interiturus esset,

σοντα, αὐτοὺς δὲ οἴκοι μένοντας ἔξω κινδύνων καραδοκεῖν. 7. τῷ μὲν οὖν μετ' ὀλίγων ἐναντίῳ ἱσταμένῳ πρὸς τὸν ἄπειρον ὄχλον ὄλεθρος προφανής, ἡ δὲ Σπάρτη ἀνοχὰς εἶχε τοῦ φόβου καὶ παραδόξους ἐλπίδας. μηδὲν δὲ ἧττον ἀφώρατον εἶναι τὸ σόφισμα καὶ διαφυγούσης καὶ ἁλούσης. 8 τί δή ποτε; ὅτι οὐκ εἴρητο μὰ Δία <ὅτι>, εἰ ὁ βασιλεὺς ἀποθάνοι, ἡ πόλις σωθήσεται, ἀλλ' ὅτι ἢ μόνος ἀπολεῖται ἢ ἡ σύμπασα πόλις· τοῦτο δὲ ἐν ἑκατέρῳ ἀνεύθυνον, καὶ μόνου αὐτοῦ ἀπολουμένου καὶ μὴ μόνου. οὗτος δὲ τύφου καὶ ἀφροσύνης καρπός.

Sparta autem paulisper a metu uacua nescio quid praeter opinionem futurum sperabat.

Sed siue periculum effugisset urbs, siue capta esset, fallax ista sententia uacatura erat a crimine. 8. Cur tandem? quod non dixerat uates, si rex interfectus esset, saluam fore ciuitatem : dixerat tantum aut regem solum aut uniuersam ciuitatem perituram esse. Id uero impune in utramque partem, siue solus siue cum ceteris perisset, accipi poterat. Hic est uanitatis et amentiae fructus.

*Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ. οὐκ ἄξιον δὲ παρελθεῖν καὶ ἅπερ Κνιδίοις ἔχρησε πάλιν εὐχομένοις καὶ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ συμμαχίαν αἰτοῦσιν.*

Sed haec hactenus. Ceterum non praetermittendum est quid rursus Cnidiis precantibus deique auxilium implorantibus uates responderit.

XXVI. Ἔπαθον δὲ καὶ οἱ Κνίδιοι τούτῳ προσεοικὸς Ἁρπάγου ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσαντος. τὸν γὰρ ἰσθμὸν τὸν αὐτόθι διακόπτειν ἐπιχειροῦντες καὶ τὴν πόλιν νησοποιεῖν, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ἔργου εἴχοντο, ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀπήντα ἡ ἐργασία, ἀπαγορεύοντες ἤδη ἐχρῶντο. 2. σὺ δὲ αὐτοῖς εἶπας·

XXVI. Etiam Cnidiis simile quid accidit cum Harpagus iis bellum inferret. Isthmum enim suum cum rescindere decreuissent, ut ex urbe insula fieret, primo quidem opus aggressi sunt: mox autem, cum grauiter ferrent laborem, deficiente animo oraculum rogauerunt. 2. Tu uero illis praedicasti :

« Isthmum ne muniatis neue

Ἰσθμὸν μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο,

καὶ οἱ βλᾶκες ἐπείσθησαν καὶ ἀποτραπόμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἁρπάγῳ. τὸ δὲ ῥᾳδιούργημα. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βέβαιος ἀποφυγὴ ὀρύξασι, τούτου μὲν ἔπαυσας, ὡς δὴ μὴ κελεύων ἔργου ἔχεσθαι ἐπαγγέλλῃ τὴν ἀποφυγήν. 3. τούτῳ δὲ οὐ τὸ λῷον εἶναι μὴ ὀρύξασι προσετίθεις, ἀλλ' ὅτι οὐ δοκεῖ τῷ Διὶ αὐτὴν νῆσον εἶναι. ἐν μὲν οὖν τῇ ἀποτροπῇ ἀμφότερα ἰσόρροπα, ἐν δὲ τῇ προτροπῇ τὸ διαφεύξεσθαι προεῖχεν· οὗ δὴ ἀσφαλὲς ἦν τῷ σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν. οὕτως τε οὐδὲν εἰπὼν ὧν ἕνεκα ἦσαν ἀφιγμένοι ἀπέπεμψας οἰομένους ἀκηκοέναι τι.

4. *Ταῦτα δὲ ἡγοῦμαι τὸ ἀδρανὲς τῶν τε χρώντων καὶ τῶν χρωμένων ἀπελέγχειν αὐτάρκως, καὶ ὅτι μηδὲν ἀληθὲς ἢ ἔνθεον ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς δηλουμένοις. 5. τὸ δὲ κακότροπον τοῦ ἤθους εἴτε τῶν πονηρῶν δαιμόνων εἴτε τῶν τὰ μαντεῖα καθυποκρινομένων ἀνδρῶν ἴδοις ἄν, εἰ μάθοις ὡς καὶ εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ἠρέθιζον, εἰρήνης καὶ φιλίας δέον αὐτοὺς εἶναι βραβευτάς. 6. ποτὲ μὲν οὖν Λακεδαιμονίους ὡς ἂν οἰκείους καὶ φίλους ὁ ἐν Δελφοῖς πά-*

fodiatis : nam Iuppiter insulam ibi fecisset si ita placuisset. »

Quo consilio cum stolidi confiderent, a proposito deterriti Harpago sese dediderunt. En autem ueteratorium artificium. Cum enim suffosso Isthmo Cnidiis non certum esset effugium, suffodere eos uetuisti, ne, si pergere eos iuberes, salutem polliceri uidereris. 3. Non autem addebas non fodientibus melius futurum : dixisti tantum Ioui non placuisse insulam eam esse. Etenim si dehortareris, in utrumque pariter casum futurum erat ut oraculum ualeret; si incitares, periculum erat ne salutem promittere uidereris : itaque sophistae euertere res tutius erat. Cum igitur nihil dixisses earum rerum propter quas te adierant, ita eos dimisisti ut aliquid audisse sibi uiderentur.

4. His equidem existimo et respondentium et consulentium imbecillitatem satis coargui, satisque manifestum fieri oraculis nihil ueri, nihil diuini inesse. 5. Nequitiam uero siue malorum daemonum siue hominum oracula, susceptis diuinarum personarum partibus, reddentium, ex hoc facile perspicias, quod qui pacis et amicitiae conciliatores esse debebant, saepe consulentes ad mutua bella incitauerunt. 6. Nam modo Lacedaemonios ut domesticos et amicos Del phicus Apollo rursus in Messenios incitat, modo Messeniis responsa dat Lacedaemoniis inimica, dummodo rursus humanis uictimis daemones placa

*λιν κατὰ Μεσσηνίων παροξύνει, τοτὲ δ᾽ αὖ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων χρᾷ, εἰ πάλιν οὗτοι δι᾽ ἀνθρωποθυσίας ἱλάσοιντο τοὺς δαίμονας. ἄκουε δὲ καὶ τὰ περὶ τούτων.*

uerint. Quare audi quae in hanc rem pertinent.

XXVII. Ἐπικρινεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα ἡ σοφία παροῦσα τῇ μαντικῇ, καὶ οὐκ ἐπιτρέψει αὐτῇ ὡς ἔτυχε διαλέγεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πάντων ἀναψαμένη τὰ πείσματα καὶ ἐπιθεμένη τὰ πρεσβεῖα, οὐδ᾽ ἐφήσει ματαίῳ ὄντι τῷ Πυθίῳ χρᾶν οὔτε τούτοις οὔτε Λακεδαιμονίοις περὶ Μεσσηνίων καὶ τῆς γῆς, ἧς εἶχον Μεσσήνιοι ἀπάτῃ νικήσαντες Λακεδαιμονίους,

οὔ σε μάχης μόνον ἔργ᾽ ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος [ἄνωγεν,
ἀλλ᾽ ἀπάτῃ μὲν ἔχει γαῖαν Μεσσηνίδα λαός·
ταῖς δ᾽ αὐταῖς τέχναις τις ἁλώσεται αἷσπερ [ὑπῆρξεν.

2. εἰρήνης μᾶλλον μεμνῆσθαι κελεύει καὶ ὀλιγοδείας καὶ αὐταρκείας. οἱ δέ που τοῖς Λυκούργου νόμοις κατακοσμούμενοι ἧκον ὑπὸ ἀπληστίας καὶ δόξης κενῆς ἐρησόμενοι, ὡς μὴ δοκοῖεν Μεσσηνίων μάχῃ λείπεσθαι, ἐν νόμοις καρτερικοῖς τεθράφθαι δοκοῦντες. 3. οἱ δέ γε εἰ ἐν καρτερικοῖς οὕτως ἦσαν νόμοις τεθραμμένοι, ἐκαρτέρουν ἂν ἐπὶ τοῖς ὀλίγοις, καὶ οὐδὲν ἂν μά-

XXVII. Talia decernet sapientia, diuinationi cum accesserit, nec sinet eam temere loqui, quippe quae et rerum inter se nexus teneat, et suum cuique praemium imponat; nec Pythicum uatem illum uanum ut illis illa, ita haec Lacedaemoniis de Messeniis deque terra quam Messenii Lacedaemoniis per fraudem deuictis obtinebant patietur uaticinari :

« Non certamina tantum Apollo tibi praecipit; fraude populus Messenium aruum occupauit : sed artibus isdem aliquis capietur quibus superauit. »

2. Sapientia contra pacem colere et paucis egere et sua sorte contentum esse iubet. At illi, qui Lycurgi legibus instituti erant, inexplebili cupiditate inanisque gloriae amore flagrantes, consuluerunt ne Messeniis pugna cessisse uiderentur, cum uiderentur legibus constantiae magistris educati esse. 3. Qui si reuera legibus constantiae magistris educati essent, constanter angustias rerum tulissent, nec proeliis aut armis

χης αὐτοῖς ἔδει, οὐδὲ ὅπλων καὶ τῆς λοιπῆς ἀποπληξίας. 4. ταῦτα Λακεδαιμονίοις κατὰ Μεσσηνίων, πάλιν δ' αὖ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων ταῦτα· σὺ γὰρ καὶ Μεσσηνίοις κατὰ Λακεδαιμονίων, οὐ μόνον Λακεδαιμονίοις κατὰ Μεσσηνίων χρησμῳδεῖς·

παρθένον Αἰπυτίδα κλῆρος καλεῖ, ἥντινα [δοίης
δαίμοσι νερτερίοις, καί κεν σώσειας Ἰθώμην.

5. τὰ γὰρ παρευρήματα οὐ δέχομαι, ὅτι οὐκ ἦν καθαρὸν ἐκ γένους Αἰπύτου τὸ ἱερεῖον, ὅθεν ἀτέλεστα Μεσσηνίοις εἶναι. τοιοῦτος γὰρ εἶ οἷος ταράττειν.

aut reliquae insaniae indulsissent. 4. Illa Lacedaemoniis aduersus Messenios data sunt: haec rursus Messeniis aduersus Lacedaemonios (nam Messeniis quoque aduersus Lacedaemonios, non Lacedaemoniis tantum aduersus Messenios tu uaticinaris):

« Virginem Aepyti e sanguine sors poscit, inferis immolandam: ita forsitan Ithomen seruaueris. »

5. Nam excusationem istam tuam, non puram fuisse ex Aepyti sanguine uictimam, eaque de causa irritam factam esse rem Messeniorum, equidem non accipio. Is enim es qui perturbes.....

*Τὰ μὲν δὴ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας τοιαῦτα. μυρία δ' ἐστὶ καὶ καθ' ἡμᾶς τούτοις συνιδεῖν ὅμοια, ἐκ παλαιοῦ χρόνου καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τοτὲ μὲν εἰς ἀπράκτους πολέμους διὰ τῆς τῶν χρησμῶν συμβουλίας ὁρμώντων, τοτὲ δὲ σφαλλομένων ἐκ τῆς τῶν χρησθέντων ἀδηλίας, ἄλλοτε δὲ ἀποπλανωμένων ἐκ τῆς αὐτόθεν τῶν λογίων ἀπάτης. 6. τί δεῖ δὲ λέγειν, ὥς ποτε ἐν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς, ἤτοι τῶν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς παρατάξεων, ἢ τῶν ἐν ταῖς σωματικαῖς ἀρρωστίαις κινδύνων, τῆς τῶν νενομισμένων θεῶν ἐπικουρίας ἢ θεραπείας οὐδὲν ὤναντο. 7. τοιαῦτα*

Haec sunt ueteris historiae exempla. Et innumera quidem his similia nostra quoque aetate colligi possunt, cum ab antiquis usque ad nostra tempora tot subinde imperatores oraculorum uel auctoritas ad bella frustra suscipienda mouerit, uel obscuritas deceperit, uel propria responsorum fallacia in errores induxerit. 6. Quid referam quoties maximis in discriminibus uersantes, cum aut in acie starent aut morbis laborarent, eorum qui dii esse habebantur neque auxilium neque curam ullam experti sint? 7. Et qualia in priscis annalibus tradita sunt, talia omni semper tempore ex oraculis contingunt. 8. In oraculis autem Pythii Apollinis quae a Graecis maxime iactantur, cum sit unum, quod roganti Lycurgo Pythia reddidit, omnium sermone celebratissimum: „Ad

δὲ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τῶν χρησμῶν ἐκπίπτει, οἷα καὶ τὰ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας συνίστησιν. 8. ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μάλιστα παρὰ τοῖς Ἕλλησι θρυλουμένων τοῦ Πυθίου χρησμῶν εἷς τις ἦν καὶ ὁ πρὸς Λυκοῦργον, ᾧ προσιόντι ἡ Πυθία ἐπεφώνησε τὸ βοώμενον ἐκεῖνο·

ἥκεις, ὦ Λυκόεργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι·
δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον·
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι· ὦ Λυκόεργε,
ἥκεις εὐνομίαν διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ τοι δώσω,

καὶ τὰ τούτοις συνεπιλεγόμενα, φέρε καὶ πρὸς ταῦτα τίνα ποτὲ συνεῖδεν ὁ προδηλωθεὶς ἔλεγχος ἐποπτεύσωμεν. γράφει δὲ ὧδε·

pingue templum meum, Lycurge, uenisti, Ioui gratus et cunctis qui Olympias tenent sedes. Ambigo tene deum an hominem praedicem: sed multo magis te deum esse puto, Lycurge. Venis aequas leges quaesitum : ego uero tibi dabo," et quae sequuntur, age etiam illa quomodo Oenomaus redarguat uideamus.

XXVIII. Ἀλλὰ σὺ τὸν Τυρταίου προκαθηγεμόνα καὶ σκοπὸν ἐλθόντα ποτὲ ὡς σὲ ἥκειν ἔφης ἐκ κοίλης Λακεδαίμονος Ζηνὶ φίλον καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι, δίζεσθαί τε ἢ θεὸν αὐτὸν μαντεύσῃ, ἢ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεόν, ὅτι ἦλθεν εὐνομίαν αἰτήσων. 2. καὶ πῶς, εἰ θεός, οὐκ ἠπίστατο νόμον πολιτικὸν ὁ φίλος τοῦ Διὸς καὶ πάντων τῶν Ὀλυμπίων; ἀλλ' ἐπεί τοι καὶ οὐ δίχα θεοῦ ἴσως τὰ τοιαῦτα εὑρίσκεται, ἃ δέδεικται τῷ θειοτάτῳ ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ

XXVIII. Tu autem, cum te adisset uir quem ducem Tyrtaeus ante oculos habuit, caua Lacedaemone uenisse eum dixisti Ioui gratum et cunctis qui Olympias tenent sedes : et ambigere te deumne illum praedicares an hominem, deum tamen esse libentius censere, quod ad aequas leges accipiendas uenisset. 2. Atqui, si deus erat, qui fiebat ut ciuilia instituta ignoraret Iouis superorumque omnium amicus? Sed quoniam fortasse non sine deo excogitari ea possunt quae hominum diuinissimo ipsa dei uoce declarata sunt, diuinam illam uo-

φωνῆς, φέρε ἴδωμεν τὴν θείαν φωνὴν, καὶ ἃ ἐδίδαξας τὸν Λυκοῦργον·

ἥκεις εὐνομίην διζήμενος, αὐτὰρ ἐγώ τοι δώσω.

3. δὸς, εἴποιμι ἂν ἐγώ· οὐδεμίαν γάρ πω δόσιν οὐδενὶ ἐπηγγείλω τοιαύτην.

ἕως ἂν μαντείῃσιν ὑποσχέσιάς τε καὶ ὅρκους,
καὶ δίκας ἀλλήλοισι καὶ ἀλλοδαποῖσι διδῶτε,
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς πρεσβηγενέας τιμῶντες,
Τυνδαρίδας δ' ἐποπιζόμενοι, Μενέλαν τε καὶ [ἄλλους
ἀθανάτους ἥρωας, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ,
οὕτω δή χ' ὑμῶν περιφείδοιτ' εὐρύοπα Ζεύς.

4. Ἄπολλον, διδασκαλίας καὶ παρεγγυήσεως θείας· καὶ οὐ μακρὸς ἕνεκα τούτων ὁ στόλος, οὐδὲ ὅπως εἰς Δελφοὺς ἐκ Πελοποννήσου, ἀλλ' οὐδ' εἰς Ὑπερβορέους αὐτοὺς, ὅθεν ἀφῖχθαι λέγουσι κατὰ χρησμὸν Ἀστερίας ἄλλης μάντεως

οἰκητὰς Δήλοιο θυώδεος ἠδ' ἱερῆας.

5. δοκεῖ δέ μοι ὁ Λυκοῦργος οὗτος οὐκ ἐσχηκέναι τιτθὴν, οὐδ' ἐν συνθώκῳ πρεσβυτέρων οὐδέποτε κεκαθικέναι, παρ' ὧν καὶ παρ' ἧς εἶχε πλείω τούτων ἀκοῦσαι καὶ σοφώτερα. 6. τάχα δέ πού τι προσθήσεις, ἐάν σε λιπαρῇ ὁ Λυκοῦργος εἰπεῖν τι σαφές. εἰ οἱ μὲν εὖ ἡγοῖντο, οἱ δ' ἕποιντο, ἔτι φήσω τοῦ αὐτοῦ

cem quae fuerit quaeque Lycurgum docueris attendamus :

« Venis aequas leges quaesitum : ego uero tibi dabo. »

3. Atque utinam dederis, ego dixerim : nemini enim umquam tam egregium donum pollicitus es.

« Deorum oraculis si promissa iuratamque fidem seruabitis, et sine iniuria inter uos cumque gentibus externis uiuetis, puro et casto obsequio senectutem colentes, Tyndaridasque uenerantes et Menelaum et ceteros immortales heroas quos, tenet diuina Lacedaemoniorum tellus, ita forsitan uobis maximus parcat Iuppiter. »

4. Diuina ista sunt, Apollo, quae doces et praecipis ! Ad quae audienda non longum esset e Peloponneso non Delphos tantum, sed ne ad Hyperboreos quidem iter facere, unde uenisse dicuntur, secundum oraculum Asteriae alterius camenae, « incolae et sacerdotes tus olentis Deli. » 5. Videtur autem mihi Lycurgus ille nutricem numquam habuisse, neque umquam consilio seniorum interfuisse, a qua uel a quibus plura et sapientiora audire potuit. 6. Sed forsitan adiungas aliquid, si te flagitet Lycurgus ut planius quippiam dicas. Si enim alteri bene uiam monstrent, alteri se-

εἶναι συνθώκου τοῦτο, καὶ ἀξιώσω τὸν Λυκοῦργον μὴ ἀποκαμεῖν εἴ τι δύναιτο πολιτικὸν παρὰ σοῦ δίδαγμα ἀναλαβὼν ἀπιέναι εἰς τὴν Σπάρτην.

7. εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἀπ-[έχουσαι,
ἡ μὲν ἐλευθερίας εἰς τίμιον οἶκον ἄγουσα,
ἡ δ' ἐπὶ δουλείας φυκτὸν δόμον ἠμερίοισι·
καὶ τὴν μὲν διά τ' ἀνδροσύνης ἱερῆς θ' ὁμο-[νοίας
ἔστι περᾶν, ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον,
τὴν δὲ διὰ στυγερῆς ἔριδος καὶ ἀνάλκιδος [ἄτης
εἰσαφικάνουσι· τὴν δὴ πεφύλαχθε μάλιστα.

8. ἀνδρείους εἶναι κελεύεις· τοῦτο μὲν καὶ παρὰ τῶν δειλῶν πολλάκις ἠκούσαμεν· ἀλλὰ καὶ ὁμόφρονας· τοῦτο οὐ παρὰ τῶν σοφῶν μόνων, ἀλλ' ἤδη καὶ παρ' αὐτῶν τῶν στασιαζόντων. ὥστε τούτου μὲν τοῦ παρεγγυήματος ἀφίεμέν σε. 9. καίτοι μάντις ὢν οὐκ ἔγνως ἡμᾶς πολλάκις καὶ παρὰ πολλῶν εἰληφότας αὐτὸ, οὔτε τῆς δάφνης ἐμφαγόντων οὔτε τὸ Κασταλίας ὕδωρ πιόντων, οὐδ' ἐπὶ σοφίᾳ τὴν ὀφρύν ποτε ἀνασπασάντων; 10. λέγ' οὖν περὶ ἀνδρείας, λέγε περὶ ἐλευθερίας, λέγε περὶ ὁμοφροσύνης, τίνα τρόπον ἐγγίνεται ταῦτα πόλει, καὶ μὴ ἡμᾶς τοὺς οὐκ εἰδότας κέλευε ἡγεῖσθαι τοῖς λαοῖς τῆς κελεύθου ταύτης, ἀλλ' αὐτὸς

quantur, etiam hoc inuenire posse dicam consilium illud seniorum; instet igitur Lycurgus nec finem faciat rogandi, siquam possit doctrinam de regenda ciuitate Spartam reportandam accipere.

7. « Sunt uiae duae longe inter se distantes : quarum altera ad libertatis illustres fert aedes, altera ad fugiendam mortalibus seruitutis domum. Et illam quidem fortitudine sanctaque concordia assequamini : ea ducite ciues ; hanc uero nefaria discordia et ignauia : eam diligenter cauete. »

8. Fortes esse iubes : quod nos saepe etiam ab ignauis audiuimus ; concordes : quod non solum a sapientibus, sed etiam aliquando a seditiosis. Quare praeceptum tibi illud condonamus. 9. Quid? uates cum esses non sensisti saepissime nos talia et a plurimis accepisse, qui nec laurum comedissent, nec Castaliam undam bibissent, nec sapientia sua umquam gloriati essent? 10. Quare dissere de fortitudine, dissere de libertate, de concordia, quo modo ciuitati contingant ; neue nobis qui ignari sumus praecipias ut populos uiam hanc ducamus : sed ipse tu monstra uiam. Est enim pulchra, sed inuia nobis et formidolosa.

ἡγοῦ. καλὴ μὲν γάρ, ἀλλ' ἄπορος ἡμῖν καὶ φοβερά.

*Τούτοις προστίθησι λέγων·*

XXIX. Σὺ δὲ καὶ περὶ γάμου ἕτοιμος λέγειν·

Ἄργεος ἱπποβότου πῶλον λάβε κυανοχαίτην.

2. περὶ δὲ παίδων·

Ἠετίων, οὔ τίς σε τίει πολύτιτον ἐόντα·
λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον.

3. περὶ δὲ ἀποικίας·

στέλλ' ἐπὶ χρυσείους ἄνδρας πολυεθνέα λαόν,
ὤμοις μὲν χαλκὸν προφέρων, χερσὶν δὲ σίδηρον.

4. περὶ δὲ κενῆς δόξης·

γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν οὖδας ἄμεινον,
ἵπποι Θρηίκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες,
ἄνδρες θ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

5. καί μοι δοκεῖς οὐδὲν τῶν τερατοσκόπων καλουμένων κρείττων εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀγυρτῶν καὶ σοφιστῶν. ἀλλὰ τῶν μὲν οὐδὲν ἔγωγε ἐθαύμασα, εἰ μισθοῦ τραχηλίζουσι, σοῦ δὲ τοῦ θεοῦ, καὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μισθοῦ τραχηλίζονται. 6. εἶθ' ὁ μὲν Σωκράτης ἐκεῖνος οὐδέτερον ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα πό-

Quibus haec subiungit:

XXIX. Tu uero etiam de nuptiis paratus es uaticinari :

« Argorum diuitum equis pullum cape caeruleum. »

2. De procreandis liberis :

« Eetion, nemo te honorat, quamuis ualde sis honorandus. Grauida est Labda, saxum autem pariet. »

3. De mittenda colonia :

« Multum ad uiros aureos duc populum, aes umeris portans, manibusque ferrum. »

4. De inani gloria :

« Terris omnibus melior est Pelasgica tellus, equae Thraciae, mulieres Lacedaemoniae, uiri qui bibunt pulchrae Arethusae aquam. »

5. Videris tu mihi nihilo melior esse prodigiorum interpretibus qui dicuntur, sed ne reliquis quidem uel circulatoribus uel sophistis. Hi tamen si pretio homines iugulant non equidem miror : miror autem et tu deus si talia facis et homines si se pretio iugulandos praebent. 6. Socrates contra rogatus ab aliquo uxorne ei ducenda esset an non, hoc tantum respondit,

τερα γαμήσοι ἢ μὴ, ἀλλ' ὅτι μετανοήσει ἀμφότερα· πρὸς δὲ τὸν ἐπιθυμοῦντα παίδων οὐκ εὖ ἔφη αὐτὸν ποιήσειν, ὃς ἐάσας ἐπιχειρεῖν ὅπως, εἴ οἱ παῖδες γένοιντο, ἄριστα αὐτοῖς χρῷτο, τούτου μὲν οὐδένα λόγον ἐποιήσατο, αὐτὸ δὲ μόνον ἐσκοπεῖτο, πῶς ἂν αὐτῷ γένοιντο. 7. ἑτέρου δὲ ἀποδημεῖν ἐγνωκότος διὰ τὸ κακῶς ἔχειν αὐτὸν οἴκοι, οὐκ ἔφη ὀρθῶς αὐτὸν βουλεύεσθαι· τὴν μὲν γὰρ πατρίδα αὐτόθι ἀπολιπὼν ἄπεισι, τὴν δὲ ἀμαθίαν μεθ' ἑαυτοῦ ἄγων, ἥτις αὐτὸν καὶ τοῖς ἐκεῖ δυσαρεστεῖν ποιήσει καθάπερ καὶ τοῖς ἐνθάδε. καὶ οὐχ ὁπότε ἠρωτᾶτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὰς τοιάσδε συνουσίας ἰών.

eum, quicquid fecisset, fore ut paeniteret. Alium quendam liberorum cupidum recte facere negauit, quod, cum quaerere omitteret de optima educandorum liberorum, si quando suscepisset, ratione, ea re neglecta, hoc unum spectaret, quomodo tolleret. 7. Cum denique alius, quod domi male se haberet, alio demigrare decreuisset, non recte eum consulere dixit, qui deserta patria ignorantiam tamen quocumque iret secum portaturus esset, quae rerum longe quaesitarum non minus quam praesentium fastidium ei faceret. Nec rogatus tantum, sed etiam sua sponte eiusmodi colloquia conserebat.

XXX. Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρῆσθαι ἰατρῷ,

Ἀθηναίοις ὑπὸ καύματος ἐνοχλουμένοις ἰατρικὸν, ἀλλ' οὐ μαντικόν.

XXX. « Viginti ante, uiginti post caniculam dies umbrosis in aedibus Baccho utere medico. »

Atheniensibus aestu laborantibus remedium, non oraculum.

2. Ἐργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο,
ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος· ἀλλὰ καὶ ἔμπης
ἱστοβοῆι γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην.

γέροντι νέαν συνοικεῖν, εἰ παίδων ἐπιθυμεῖ, οὐ μάντεως οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ

2. « Ergine Clymeni fili Presboniadae, sero uenisti subolem quaesiturus : sed uetere cum temone nouam utique coniunge coronam. »

At seni iuniorem esse ducendam, si liberos cupiat, non uatis

φύσιν ἐπισταμένου. ἀλλ' ἡ ἐπιθυμία τοὺς βλᾶκας ἐξίστησι.

XXXI. Διόπερ σοι καὶ νάρθηκα παραινῶ ἐπ' αὐτοὺς λαμβάνειν, εἰ μὴ πείθοις μανθάνειν ἀντὶ τῶν καταπτύστων ἐρωτημάτων ἄξιόν τι τοῦ θείου φοιτητηρίου· ἢ Ἀντιόχῳ τῷ Παρίῳ ἀποβαλόντι τὴν οὐσίαν ἐν πολιτικῇ φλυαρίᾳ καὶ ὑπὸ λύπης ἥκοντι πρὸς σὲ λέγειν·

Ἀντίοχ', εἰς Θάσον ἐλθὲ, καὶ οἴκει εὐκλέα [νῆσον·

ὃς ἐκείνως ἂν μᾶλλον ὤνατο ἀκούσας·

Ἀντίοχ', εἰς νοῦν ἐλθὲ, καὶ ἐν πενίᾳ μὴ [ὀδύρου.

2. ἢ τοῖς ἥκουσι Κρητῶν·

Φαιστοῦ καὶ Τάρρας ναέται, Δίου τε [πολύρρου,
Πυθῷον κέλομαι τελέειν Φοίβοιο κα- [θαρμὸν
εὐαγέοντας, ὅπως Κρήτην καταναιε- [τάητε,
ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, καὶ Ζῆνα [σέβοντες.

3. οἷς ἀκοῦσαι ἐκεῖνο κρεῖττον ἦν·

λήρου καὶ μανίας ναέται, πολλοῦ θ' [ἅμα τύφου
οἰκεῖον τελέειν κέλομαι λήροιο καθαρμὸν
εὐαγέοντας, ὅπως σοφίαν καταναιετάητε,
ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, θείοις δὲ [σέβοντες,

ὡς μὴ μᾶλλον τῆς Κρήτης σὺ κα-

haec est sententia, sed hominis naturae non ignari. Sed cupiditas stolidorum mentes peruertit.

XXXI. Quamobrem etiam ferula eos caedas, nisi peruincas ut, remotis putidis hisce quaestionibus, res diuina officina dignas rogent, suadeo, potius quam *Archilocho*, patrimonii inter ciuiles nugas perditi desiderio te adeunti respondeas :

« *Archiloche*, Thasum ueni, ut claram insulam colas, »

qui maiorem ex huiusmodi responso fructum percepturus erat :

« *Archiloche*, ad mentem sanam ueni nec paupertatem grauare ; »

2. uel Cretibus consulendi causa uenientibus :

« Phaesti Tarrhaeque cultores Diique marini, Pythias Phoebi uos iubeo lustrationes sancte perficere, Cretam ut incolatis, opulentiam, non autem patrias secundum leges, Iouemque uenerantes, »

3. quibus magis expediebat tale oraculum accipere :

« Stultitiae et amentiae nec non uanitatis cultores, propriis uos lustrationibus stultitiam sancte luere iubeo, ut sapientiam incolatis, opulentiam non patrias, sed diuinas secundum leges uenerantes, »

θαρμοῦ προσδέῃ, Ὀρφικούς τινας ἢ Ἐπιμενιδείους καθαρμοὺς φανταζόμενος.

ne tibi potius quam Cretae lustrationibus opus esset, Orphicas uel Epimenideas lustrationes imaginanti.

XXXII. Διὰ τί δὲ, ὦ σοφώτατε, Χαρίλαος καὶ Ἀρχέλαος οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς,

εἴ κεν ἐπικτήτου μοίρης λάχος Ἀπόλλωνι
ἥμισυ δάσσωνται, πολὺ λώϊον ἔσσεται αὐτοῖς;

ποίῳ δὲ καὶ ἄλλῳ λέγεις Ἀπόλλωνι; οὐ γὰρ δὴ τούτῳ σοι αὐτῷ, ὦ ἀναίσχυντε μάντι, ὡς μή τίς σοι αὐτῷ ἐπιπλήξειεν, ἅτε κακῶς οὕτω συνδιαιρουμένῳ τοῖς λῃσταῖς.

XXXII. Cur autem, o sapientissime, Charilai et Archelai Lacedaemoniorum regum, « si praedae dimidiam partem Apollini reseruabunt, » multo melior sors erit? Aut quem tandem alium Apollinem dicis? Non enim tibimet ipsi, impudentissime uates, haec uindicas uidelicet, ne quis tibi foedam istam cum latronibus praedae societatem exprobret.

2. *Ταῦτα μὲν οὖν ὧδε ἐχέτω. φέρε δὲ τούτοις προσθῶμεν καὶ δι᾽ ὧν αὖθις ὁ Ἀπόλλων θαυμάζει τὸν Ἀρχίλοχον, ἄνδρα παντοίαις κατὰ γυναικῶν αἰσχρορρημοσύναις καὶ ἀρρητολογίαις, ἃς οὐδ᾽ ἀκοῦσαί τις σώφρων ἀνὴρ ὑπομείνειεν<ἂν>, ἐν τοῖς οἰκείοις ποιήμασι κεχρημένον· καὶ τὸν Εὐριπίδην τῆς μὲν Σωκράτους διατριβῆς καὶ φιλοσοφίας ἐκπεσόντα, εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς θυμέλης τραγῳδούμενον· καὶ Ὅμηρον ἐπὶ τούτοις, ὃν ὁ γενναῖος Πλάτων ἐξωθεῖ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ὡς κατ᾽ οὐδὲν ὠφέλιμον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔσχατα τοὺς νέους λυμαινομένων λόγων ποιητὴν γεγενημένον. ἐφ᾽ οἷς πάλιν ὁ προδηλωθεὶς τὸν χρησμῳδὸν θεὸν ὧδέ πως σκώπτει·*

2. Sed haec hactenus. Adicere autem libet eum locum quo Apollo laudibus extollere dicitur Archilochum, uirum qui libros suos omni in mulieres obscenitate et improbitate loquendi impleuit, quales modestus homo ne audire quidem sustineat, tum Euripidem, qui a Socratis commercio et philosophia desciuit, cuius tragoediae adhuc in scaenam inducuntur, denique Homerum, quem magnanimus Plato e republica sua expulit, quod nullam ad rem utilis esset, uerum carmina composuisset quae iuuentutem pessime corrumperent. Quapropter Oenomaus fatidicum deum his rursus traducit :

XXXIII. Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, [ὦ Τελεσίκλεις,
ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποισιν.

ὁ δὲ παῖς ἦν Ἀρχίλοχος.

2. ἔσται σοι κοῦρος, Μνησαρχίδη, ὅντινα [πάντες
ἄνθρωποι τίσουσι, καὶ ἐς κλέος ἐσθλὸν [ὀρούσει,
καὶ στεφέων ἱερῶν γλυκερὴν χάριν ἀμ-[φιβαλεῖται.

3. ὁ δὲ κοῦρος ἦν Εὐριπίδης. Ὅμηρος δέ·

σοὶ ζωὴ δοιὰς μοίρας λάχεν, ἡ μὲν ἀμαυ-[ρῶν
ἠελίων δισσῶν, ἡ δ' ἀθανάτοις ἰσόμοιρος,
ζῶν καὶ ἀποφθίμενος.

καὶ διὰ ταῦτα ἤκουεν·

ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέ-[ροισι.

4. λέγει δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλά τις διχτεινάμενός ποτε, ὅτι αὐτὸν οὐ χρὴ

ἀνθρώπων θεὸν ὄντα δυηπαθέων ἀλεγίζειν.

ἄγε οὖν, ὦ θεέ, μὴ περιίδῃς μηδ' ἡμᾶς. ἐπιθυμοῦμεν γάρ, εἰ μή τι ἀδικοῦμεν, οἱ μὲν κλέους ἐσθλοῦ, οἱ δὲ στεφάνων ἱερῶν, οἱ δὲ πρὸς θεοὺς ἰσομοιρίας, οἱ δὲ αὐτῆς ἀθανασίας. 5. τί ποτ' οὖν ἦν τοῦτο δι' ὅ σοι Ἀρχίλοχος ἔδοξεν ἄξιος εἶναι τοῦ οὐρανοῦ; μὴ φθονήσῃς, ὦ φιλανθρωπότατε θεῶν, μηδ' ἄλλοις ἀνθρώποις τῆς ἄνω ὁδοῦ. τί πράτ-

XXXIII. « Immortalis et inclytus tibi filius apud homines erit, Telesicles. »

Filius autem Archilochus erat.

2. « Erit tibi filius, Mnesarchide, qui apud omnes in honore stabit, et gloriam illustrem assequetur, sacrarumque coronarum dulci praemio cingetur. »

3. Filius autem Euripides erat. Quid denique Homerus?

« Duplex tibi fortuna, qui et utriusque oculi lumine careas, et immortalibus sis uiuus mortuusque aequalis. »

Propterea etiam audiit :

« Felix et infortunate : in utramque enim sortem natus es. »

4. Ceterum non homo, sed alius quispiam constanter asseuerat « non oportere illum, quoniam deus sit, de miseris hominibus curare. » Quae cum ita sint, ne nos ipsos, deus, contemnas. Expetimus enim, nisi quid peccamus, alii illustrem gloriam, alii coronas sacras, alii deorum conuersationem, alii denique ipsam immortalitatem. 5. Quid igitur id fuit, propter quod Archilochus caelum meruisse tibi uisus est? Ne ceteris quidem hominibus, hominum amantissime deus, uiam inuide qua itur ad caelum. Quid nos facere iubes? Ea nempe quae ipse Archilochus, si forte digni haberi

τειν κελεύεις ἡμᾶς; ἢ δηλαδὴ τὰ Ἀρχιλόχου, εἰ μέλλοιμεν ἄξιοι φανεῖσθαι τῆς ὑμετέρας ἑστίας, 6. λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι, ἅψασθαι δὲ καὶ τῶν κιναίδων, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονηρότεροί εἰσιν· οὐχὶ δίχα μέτρου, αὕτη γὰρ διάλεκτος καὶ θεῶν, ὥσπερ οὖν καὶ θείων ἀνδρῶν, ὥσπερ Ἀρχιλόχου. 7. καὶ οὐδὲν ἴσως θαυμαστόν. διὰ γὰρ τὴν ἐν τούτοις ὑπεροχὴν εὖ μὲν οἶκος οἰκεῖται, εὖ δὲ ἰδιώτης βίος, πόλεις δὲ ὁμοφρόνως καὶ ἔθνη εὐνόμως συνεστᾶσιν. 8. οὐκ ἀπεικότως ἄρα σοι καὶ Μουσῶν θεράπων ἔδοξεν εἶναι, καὶ ὁ φονεὺς αὐτοῦ οὐκ ἄξιος εἶναι τῆς πρὸς ὑμᾶς τοὺς θεοὺς εἰσόδου, οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς, ἄνδρα φωνάεντα ἀποκτείνας. 9. οὔκουν ἄδικος ἡ πρὸς τὸν Ἀρχίαν ἀπειλὴ, οὐδ' ἄκαιρος ἡ Πυθία τιμωροῦσα Ἀρχιλόχῳ τῷ πάλαι νεκρῷ καὶ κελεύουσα ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν ἐναγῆ· Μουσάων γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα. 10. οὔκουν ἔμοιγ' ἐφάνης ἐπαμύνων τῷ ποιητῇ ἀπρεπὴς εἶναι· ἐμεμνήμην γὰρ καὶ τοῦ ἑτέρου ποιητοῦ καὶ τῶν ἱερῶν τοῦ Εὐριπίδου στεφάνων,

uelimus penatibus uestris: opprobriis mulieres persequi coniugium nostrum aspernantes, effeminatos pueros lacessere, quoniam flagitiosos omnes flagitiis superant. Atque illud quidem non sine uersu: est enim ea cum deorum, tum diuinorum hominum, qualis Archilochus fuit, oratio. 7. Nec mirum. His enim in rebus excellentia fit ut domus bene gerantur, priuata uita bene disponatur, ciuitates concordia, gentes aequis legibus contineantur. 8. Itaque non sine causa ipsum quidem pro Musarum cultore habuisti, interfectorem uero eius indignum iudicasti qui aut uos deos adiret aut uocem uestram perciperet, quod uirum uoce praeditum occidisset. 9. Non immerita igitur Archiae minatus es, neque intempestiue Pythia, Archilochum iam pridem mortuum ulciscens, templo exire iussit uirum nefarium: nam « Musarum, inquit, cultorem occidisti. »

10. Non certe a natura tua abhorrere mihi quidem uidetur quod poetam defendis. Etenim memineram alterius poetae sacrarumque Euripidis coronarum, ita tamen ut dubitarem et doceri uellem non coronas eum accepisse, sed cur istae sacrae essent, nec gloriam assecutum esse, sed quomodo ea illustris uideretur.

καίτοι ἀπορῶν καὶ ἀκοῦσαι ἐπιθυμῶν οὐχ ὅτι ἐστεφανοῦτο, ἀλλὰ πῶς ἦν τὰ στέφη ταῦτα ἱερά· οὐδ' ὅτι αὐτὸ<ς εἰς> κλέος ὄρουσεν, ἀλλὰ πῶς ἐσθλὸν ἦν τοῦτο. **11.** ἐκροταλίζετο μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὄχλοις, οἶδα, καὶ τυράννοις ἤρεσκε, καὶ τοῦτο οἶδα· καὶ ἔργον ἐπετήδευεν, ἐφ' ᾧ οὐχ ὅπως αὐτὸς ἐθαυμάζετο ὁ ἐραστής, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, ὅτι μόνη τραγῳδοὺς ἤνεγκεν. **12.** εἰ μὲν οὖν ὁ κρότος ἱκανὸς κριτὴς καὶ ἡ ἐν ἀκροπόλει τράπεζα, οὐδὲν ἔτι λέγω, βλέπων ἐν ἀκροπόλει δειπνοῦντα τὸν Εὐριπίδην καὶ τὸν Ἀθηναίων ἅμα καὶ τὸν Μακεδόνων δῆμον ἐπιψοφοῦντα· εἰ δὲ καὶ δίχα τούτων ἐστί τις καὶ θεῶν ψῆφος, καὶ αὕτη πιστή, καὶ οὐχ ἧττων τῆς τῶν τυράννων, οὐδὲ τῆς τῶν ὄχλων, φέρε, φράσον ἡμῖν ἐπὶ τίνι τῶν καλῶν ἠνέγκατε ὑμεῖς οἱ θεοὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Εὐριπίδου ψῆφον, ἵνα σπεύσωμεν καὶ διώξωμεν τὸν οὐρανὸν κατὰ πόδας τῶν ὑμετέρων ἐπαίνων. **13.** οὐ γὰρ δὴ οὐκ εἰσὶ καὶ νῦν ἕτοιμοι κωμῳδεῖσθαι καὶ Σαβαῖοι καὶ Λυκάμβαι, πρὸς δέ γε τὸ τραγῳδεῖσθαι οὐκ ἂν οὐδὲ νῦν ἐνσταίη οὔτε ὁ Θυέστης οὔτε ὁ Οἰ-

11. Nam et plaudebat ei turba : id enim noui ; et tyrannis placebat : etiam illud comperi ; et opera factitauit quibus non ipse tantum *artifex* sed etiam Atheniensium ciuitas delectabatur, quod sola tragoedos produxisset. 12. Si igitur uel plausus uel exstructa in arce mensa idonei sunt iudices, taceo iam et contentus sum, cum Euripidem uideo in arce cenantem Atheniensiumque simul et Macedonum plausu exceptum. Sin autem exstat aliquod praeter illa deorum suffragium, quod et fide dignum nec tyrannorum turbaeue iudicio leuius sit, age, nobis explica quam propter potissimum uirtutem sententiam illam de Euripide tuleritis, ut omni studio in caelum contendamus, quasi uestigiis laudibus uestris insistentes. 13. Etenim ne nunc quidem desunt *Sapaei* uel Lycambae qui se comice traducendos offerant ; tragoediis uero tractari ne nunc quidem certe abnuat aut Thyestes aut Oedipus aut ille Phineus. Quin etiam nemini, credo, deorum amicitiam cupienti inuideant, sed multo magis mihi uidentur illi ipsi, si suspicati essent Euripidem olim quendam futurum qui eos tractando deorum sibi amicitiam conciliaret, scelera illa sua omissuri fuisse, non quidem ut ad meliora consilia, sed

δίπους οὔτε ὁ Φινεὺς ἐκεῖνος. οὐδ' ἄν, οἶμαι, φθονήσαιεν οὐδενὶ ἐπιθυμοῦντι φιλίας τῆς τῶν θεῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἄν μοι δοκοῦσιν ἐκεῖνοι, εἰ ᾔσθοντο ὅτι ἔσοιτό τις Εὐριπίδης, ἀνὴρ ἐπὶ τῷ διασκευάσαι αὐτοὺς γενόμενος θεοφιλής, ἀμελῆσαι ἂν τῶν κακῶν ἐκείνων, καὶ οὐκ ἐπὶ<τὸ> τὰ κρείττονα φρονεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μετροποιεῖν τραπέσθαι· 14. καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων εἰ τὰ ὀνόματα ὄγκου πλήρη ἤκουον, χρῆσθαι τούτοις εἰς τὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁδοιπορίαν, ἵν' ἐλθόντες καθίζοιντο ἐν τῷ Ὀλύμπῳ μετὰ τῶν πυκτῶν ἐν τῇ τοῦ Διὸς αὐλῇ· ταῦτα γὰρ λέγει ὁ ἐν Δελφοῖς ποιητής.

15. Φέρε καὶ τὴν Ὁμήρου τοῦ ὀλβίου ἴδωμεν ἐρώτησιν, ἣν τὸν θεὸν ἐρωτᾷ· ἧπου γάρ τις οὐρανία ἦν καὶ ἱκανὴ τὸν θεὸν ἐκκαλέσασθαι· οὐ γὰρ ἂν οὕτω ῥᾳδίως ὁ θεὸς ὄλβιον μὲν ἐπεφώνησεν, ἐπὶ δὲ τῷ ὀλβίῳ ῥῆσιν ἀπένειμε·

πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρίς ἐστι·
Μίνωος δ' ἀπὸ γῆς, οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀπὸ τηλοῦ,
ἐν τῇ σοι μοῖρ' ἐστὶ τελευτῆσαι βιότοιο,
εὖτ' ἂν ἀπὸ γλώσσης παίδων μὴ γνῷς <ἐπακούσας>
ἀξύνετον πολλοῖσι λόγοις εἰρημένον <ὕμνον>.

ut ad faciendos uersus se conuerterent. 14. Iam superiorum si qua nomina gloriosa audissent, ad conscendendum caelum iis usi essent, ut in Olympo cum *poetis* Iouis in aula considerent. Haec enim nos docet Delphicus ille poeta.

15. Sed Homerus ille beatus quid deum rogauerit uideamus. Caelestis enim erat et digna propter quam deus euocaretur quaestio : alioqui numquam deus eum tam facile et beatum praedicasset, et de beato responsum hoc reddidisset :

« De patria quaeris : at materna tibi est, non patria tellus, a Minois regno nec parum nec longe distans, in qua fata iubent te supremum diem obire, ubi cum puerorum ex ore obscurum, *obliquo* sermone fictum carmen audieris, non intellexeris. »

16. δεινὸν γάρ, ὦ σοφώτατε ἀνδρῶν, μᾶλλον δὲ θεῶν, εἰ μήτε ὅπου τῆς γῆς ἐξέθορε τῆς μητρὸς εἰδείη ὄλβιος μήτε ὅπου καταμύσας κείσεται. ἐγὼ δὲ καὶ ᾤμην ἴσον εἶναι Ὅμηρόν τε ὄντα περὶ τούτων προσιέναι τῷ θεῷ καὶ ἕνα τῶν κανθάρων, καὶ τὸν θεὸν μὴ μᾶλλον ἂν Ὁμήρῳ ἀφηγήσασθαι περὶ τοιούτων ἀγνοημάτων ἢ κανθάρῳ. 17. οἷον εἰ καὶ κάνθαρός τις γεννηθεὶς οὐκ ἐνεβίω οὐδ' ἐνεγήρασεν ἐν ἐκείνῃ τῇ κοπρίᾳ, ἀλλ' ἐχθρῷ ἀνέμῳ περιέτυχε, καὶ κανθαρίῳ δαίμονι σκληρῷ, ὃς αὐτὸν μετέωρον ἄρας βίᾳ ἀπήνεγκεν ἐπί τινα ἄλλην γῆν καὶ ἄλλην κοπρίαν, κἄπειτα ἐλθὼν εἰς Δελφοὺς ἀνηρώτα ἥτις ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἦν ἡ πατρῴα κοπρία, καὶ ἥτις αὐτὸν γῆ δέξεται ἀποθανόντα.

*Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ποιητῶν.*

XXXIV. *Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνους ποιητάς, ἤδη δὲ καὶ πύκτας καὶ ἀθλητὰς ὁ θαυμάσιος θεὸς διὰ τῶν οἰκείων χρησμῶν ἐξεθέωσεν, εἰκότως μοι δοκεῖ καὶ ταῦτα ἀπελέγχειν ὁ δεδηλωμένος τούτοις τοῖς ῥήμασιν·*

2. Ὦ εἰδὼς

ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης,
καὶ κωφοῦ ξυνιεὶς καὶ μὴ λαλέοντος ἀκούων.

16. Indignum scilicet uidebatur, o hominum uel potius deorum sapientissime, beatus ille si ignoraret ubinam terrarum matris ex aluo exsiluisset, aut ubi futurum esset ut clausis morte oculis iaceret. Ego uero putaueram similem esse condicionem, siue Homerus siue scarabaeus talia deum rogaret, nec Homero magis quam scarabaeo de his rebus anxio deum aliquid declaraturum fuisse, 17. tamquam si qui scarabaeus non eodem in stercore uixisset et consenuisset ubi primum natus esset, sed uento infesto scarabaeorumque diro cuidam numini incidisset quod aliam in terram et aliud in stercus sublimem abstulisset, isque tum Delphicum uatem rogaret quod tandem sibi esset patrium stercus et quae terra se mortuum conditura esset.

Sed de poetis hactenus.

XXXIV. Quoniam uero non poetas solum, sed etiam pugiles et athletas mirabilis ille deus oraculis suis immortalitate condonauit, non inepte mihi uidetur Oenomaus id quoque his uerbis redarguere :

2. Tu qui « arenae numeros marisque fines cognouisti et mutum intellegis et silentem audis. »

εἴθε ὤφελες τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα ἀγνοεῖν, ἐκεῖνο δὲ εἰδέναι, ὅτι ἡ πυκτικὴ τῆς λακτικῆς οὐδὲν διαφέρει, ἵν' ἢ καὶ τοὺς ὄνους ἀπηθανάτους, ἢ μηδὲ Κλεομήδην πύκτην Ἀστυπαλαιέα, λέγων οὕτως·

> ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
> ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα.

3. διὰ τί γάρ, ὦ πάτριε τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητά, ὥς σε καλεῖ Πλάτων, ἐθείωσας τὸν ἄνδρα τοῦτον; ἢ ὅτι Ὀλυμπίασι πληγῇ μιᾷ πατάξας τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀνέῳξε τὴν πλευρὰν αὐτοῦ καὶ ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα ἐλάβετο τοῦ πνεύμονος; 4. Ἄπολλον, ἀξιοθέου ἔργου· ἢ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι προστιμηθεὶς τεσσάρων ταλάντων ζημίαν ἐπὶ τούτῳ οὐχ ὑπέστη, ἀλλ' ὑπ' ἀχθηδόνος καὶ βαρυθυμίας ἐνήρεισε τὸν θυμὸν τοῖς ἐν τῷ διδασκαλείῳ παισί, τὸν κίονα ὑφελκύσας ὃς ἀνεῖχε τὴν στέγην; ἆρ', ὦ θεοποιέ, διὰ ταῦθ' ὑμῖν ὁ Κλεομήδης τιμητέος ἐστίν; 5. ἢ κἀκεῖνο προσθήσεις, τὸ ἕτερον δεῖγμα τῆς ἐκείνου ἀνδρείας ἅμα καὶ θεοφιλίας, ὅτι δὴ ἐμβὰς εἰς ἱερὸν κιβώτιον καὶ τὸ πῶμα ἐπαγαγόμενος ἄληπτος ἐγένετο τοῖς διώκουσι, πειρωμένοις αὐτὸν ἐξελκύσαι; ὦ Κλεόμηδες, ἆρα ἥρως

utinam talia ignorares, hoc uero scires nihil inter pugilum et calcitronum artem interesse : ut aut asinos quoque deorum in numerum reciperes, aut ne Cleomedem quidem Astypalaeensem, de quo haec praedicasti :

« Vltimus est heroum Cleomedes Astypalaeensis : illum sacrificiis, ut non iam mortalem, colite. »

3. Cur enim tu, quem patrium Graecorum interpretem Plato nuncupauit, uirum illum diuum esse decreuisti? Quod in Olympico certamine aduersarii uno ictu afflicti latus aperuit et immissa manu pulmonem apprehendit? 4. Dignum sane deo facinus, o Apollo! An ideo praeterea, quod cum IV talentorum multa propter id multatus esset, non sustinuit, sed maerore et ira commotus furorem suum in pueros qui tum in schola uersabantur, reuulsa quae tectum sustinebat columna, effudit? Num propterea, diuorum fabricator, Cleomedes uobis colendus uidetur? 5. An etiam hoc adiunges alterum cum uirtutis eius tum uestrae in eum amicitiae argumentum, quod cum se in sacram arcam abdidisset, operculumque adduxisset, comprehendi nullo modo ab iis potuit qui eum persequebantur et retrahere conabantur? Itane, Cleomedes, heros, non iam mortalis es, adeo mira tu artificia ad asse-

οὐκέτι θνητὸς, οἷα τὰ μηχανήματα ὑπὲρ ἀθανασίας ἐξεῦρες. 6. ᾔσθοντο γοῦν εὐθέως οἱ θεοὶ τῆς ἀγαθουργίας καὶ ἀνηρείψαντό σε, ὥσπερ οἱ τοῦ Ὁμήρου τὸν Γανυμήδην· ἀλλὰ τὸν μὲν ἐπὶ τῷ κάλλει, σὲ δὲ ἐπὶ τῇ ἰσχύϊ καὶ τῆς ἰσχύος τῇ χρήσει τῇ ἀγαθῇ. 7. εἴθε οὖν, ὦ μάντι, ὡς ἔφην, ἐάσας τὴν ψάμμον καὶ τὴν ἅλμην ἀντ' αὐτῶν ἐξέμαθες ὁπόσου ἄξιόν ἐστιν ἡ πυκτικὴ, ἵνα καὶ τοὺς πύκτας ὄνους θεοὺς ἐνόμιζες καὶ τοὺς ὀνάγρους τῶν θεῶν τοὺς ἀρίστους· καὶ ἦν ἄν τι οἰκεῖον λόγιον ἐπ' ἀποθανόντι ὀνάγρῳ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ σῷ πύκτῃ·

> ἔξοχος ἀθανάτων ὄνος ἄγριος, οὐ Κλεομήδης,
> ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα.

8 μὴ γὰρ δὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ ὄναγρος ἐπιδικάσεται ἀθανασίας, ἱκανῶς τὰ θεῖα παρεσκευασμένος· καὶ ἀκούσας μὴ † ἀνασχέσθαι, ἀλλ' ἀπειλῆσαι καὶ αὐτὸν τὸν Κλεομήδην πατάξας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν, καὶ οὐκ ἐπιτρέψειν αὐτῷ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι· 9. εἶναι γὰρ αὐτοῦ ἀξιώτερος αὐτῶν τῶν θείων δώρων, ἅτε μήτε αὐτῷ μόνῳ ἕτοιμος ὢν μάχεσθαι, κἂν εἰ σιδηροῖς χρῷτο τοῖς

quendam immortalitatem inuenisti? 6. Sensere certe dii statim facinoris tui pulchritudinem, teque ad se, ut quondam Homerici dii Ganymedem, rapuerunt : nisi quod illum propter uenustatem, te propter robur et praestantem roboris usum sustulerunt. 7. Vtinam igitur, uates, ut iam dixi, omissis arena et mari didicisses quanti pretii pugilatus esset, ut etiam pugiles asinos pro diis, et onagros quidem pro deorum praestantissimis haberes. Sic enim conuenientius in mortuum onagrum quam in pugilem proprium oraculum redditum esset :

« Maximus immortalium onager, non Cleomedes : illum sacrificiis, ut non iam mortalem, colite. »

8. Ne mireris enim si onager quoque immortalitatem sibi uindicet, uirtutibus diuinis satis instructus, et audito consilio uestro non sustineat, sed ipsum Cleomedem se minetur ictibus afflictum praecipitem daturum, potius quam patiatur in caelum illum conscendere : 9. caelestibus enim donis se esse digniorem, quippe qui non tantum cum illo solo, etiamsi ferreis caestibus utatur, pugnare paratus sit, sed etiam una cum illo et Thasio pugile, propter cuius statuam

ἱμᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ Θασίῳ πύκτῃ ἅμα ἀμφοτέροις, ὑπὲρ οὗ τοῦ ἀνδριάντος ἐχαλέπηναν οἱ θεοὶ καὶ τὴν Θασίων γῆν ἄφορον εἰργάσαντο. 10. πιστεύομεν δὲ καὶ περὶ τούτου οὐκ ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ θεῷ τῷ αὐτῷ. ἐξ ὧν ἐγὼ καὶ πάνυ κατενόησα ὅτι θεῖόν τι ἄρα ἦν ἐπιτήδευμα ἡ πυκτικὴ, τοὺς δὲ πολλοὺς καὶ οἰομένους εἶναι σοφοὺς ἐλελήθει, ἵν' ἀφέμενοι τοῦ καλοὶ κἀγαθοὶ εἶναι ἤσκουν τὰ τοῦ Θασίου πύκτου· ᾧ ἀθανασίαν μὲν, ὥσπερ Κλεομήδει, οὐκ ἔδωκαν, ἐφίλησαν δὲ μεγάλως οἱ θεοί. 11. οὕτω καὶ ὁ χάλκεος αὐτοῦ ἀνδριὰς ἔδειξέ τι ὑπὲρ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπικατενεχθεὶς τῷ μαστιγοῦντι ἐχθρῷ, κατά τινα, ὡς ἔοικε, δαιμονίαν μέριμναν. 12. ἀλλ' οἱ ἄφρονες Θάσιοι καὶ θείων ἄπειροι πραγμάτων ἠγανάκτησάν τε καὶ ἄγος ἐπεκάλεσαν τῷ ἀνδριάντι, καὶ δίκην εἰσεπράξαντο, καὶ καταδῦσαι ἐτόλμησαν εἰς τὴν θάλασσαν. 13. οὐ μὴν διέφυγόν γε οἱ Θάσιοι, ἀλλ' οἱ θεοὶ ἔδειξαν ἡλίκον κακὸν ὑπ' αὐτῶν ἐτολμήθη, λιμὸν ἐπιπέμψαντες τὸν τῆς θείας δίκης διάκονον, ὃς ἐξεδίδαξε μόλις αὐτοὺς τὰ τῶν θεῶν

irati di Thasiorum agrum sterilem fecerunt.

10. Nam huius rei non homo sed deus fidem facit. Hisque compertis intellexi demum diuinam uitae rationem pugilatum esse ; quod nisi sapientes, qui sibi uidebantur, plurimos fugisset, omisso recti honestique studio, Thasii pugilis artem exercuissent; cui non immortalitatem sane, sicut Cleomedi, superi dederunt, sed tamen unice dilexerunt. 11. Adeo singulare quid, praeter ceterorum hominum statuas, aeneum illius signum ostendit, in inimicum a quo flagris caedebatur delapsum, non sine diuino quodam uidelicet consilio.

12. Thasii autem dementes illi rerumque diuinarum ignari, casum aegre tulerunt, et piaculi simulacrum postularunt, poenas expeticrunt, denique in mare mergere ausi sunt. 13. Non tamen effugerunt : sed manifestum di fecerunt quantum Thasii facinus admittere ausi essent : famem diuinae iustitiae ministram immiserunt, quae tamen uix eos deorum consilia edocuit; hominum igitur amantissimus tu deus more tuo auxilium iis tulisti dicens :

βουλεύματα, ὅ τε φιλανθρωπότατος θεῶν σὺ τῷ οἰκείῳ τρόπῳ τὴν βοήθειαν αὐτοῖς ἔπεμψας λέγων·

εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητρ' ἀπαμήσεις.

« Exsulem domum si reduxeris, Cererem metes. »

14. ἀλλ' οἱ ἀβέλτεροι πάλιν τοὺς φεύγοντας ἀνθρώπους ᾤοντο ὅτι δεῖ αὐτοὺς κατακκλεῖν· κακῶς εἰδότες. τί γὰρ δὴ καὶ μέλει τοῖς φιλανθρώποις θεοῖς ἀνθρώπων κατακαλουμένων ὅσονπερ ἀνδριάντων; ἀμέλει οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ ὠφελήθη ἡ γῆ ὥστε παύσασθαι νοσοῦσα, εἰ μὴ τῶν σοφῶν καὶ ἐπισταμένων τις τὸν θεῖον νοῦν συνῆκε φυγάδα εἶναι τὸν καταπεποντωμένον ἀνδριάντα. καὶ ἦν οὕτως. ἅμα γὰρ ἀνεστάθη καὶ εὐθὺς ἡ μὲν γῆ ἀνέθαλεν, οἱ δὲ ἐκόμων Δήμητρι λοιπόν. 15. πῶς οὖν οὐ τεκμήριά ταῦτά εἰσιν ἐναργῆ τῆς θεοπρεποῦς ἀθλητικῆς, ὅτι ἐστὶ θεοτίμητος; καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ πεντάθλου ἀνδριάντι ὑβρισμένῳ ἐμήνισαν οἱ θεοὶ, καὶ Λοχροὶ ἐπείνησαν διὰ τοῦτο, ὥσπερ Θάσιοι, ἕως αὐτοὺς ἰάσατο λόγιον σὸν ἔχον οὕτως·

ἐν τιμῇ τὸν ἄτιμον ἔχων τότε γαῖαν ἀρόσεις.

16. οὐδὲ γὰρ Λοχροὶ ᾔσθοντο θείας διανοίας πρότερον ἢ σὲ αὐτοῖς τού-

14. Sed rursus uecordes isti exsules homines sibi reducendos esse putauerunt: adeo oraculum non intellexerant. Etenim hominum amantibus diis tantane hominum in patriam reuocandorum, quanta restituendorum signorum cura est? Nimirum hac ratione neque perfecerunt ut terra morbo liberaretur, neque perfecissent umquam nisi sapiens quidam diuinaeque mentis gnarus intellexisset exsulem appellari demersam in mare statuam. Et recte quidem. Nam simul ac reposita est, statim reuirescente terra Thasiis iam renouatum est Cereris decus. 15. Nonne haec certa sunt argumenta diuinae athletarum arti diuinos honores deberi?

Nam etiam propter pentathli statuam uiolatam di suscensuerunt, Locrique ut Thasii fame laborarunt, donec sanauit eos oraculum tuum his uerbis editum:

« Dehonestatum si in honorem restitueris, ita demum terram arabis. »

16. Nam ne Locri quidem diuinam prius mentem intellexerunt

του πρόξενον γενέσθαι. ἀλλ' Εὐθυκλέα τὸν πένταθλον ἐνέβαλον εἰς εἱρκτὴν, αἰτιασάμενοι αὐτὸν ἐπὶ τῇ πατρίδι εἰληφέναι δῶρα· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντος καὶ οὗτοι εἰς τὰς εἰκόνας ἐξύβριζον, ἕως οἱ θεοὶ οὐκ ἀνασχόμενοι τῶν γινομένων ἐπαφῆκαν αὐτοῖς τὸν κράτιστον λιμόν· κἂν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διώλοντο ἄν, εἰ μὴ ἡ παρὰ σοῦ ἦλθε βοήθεια, λέγουσα ὅτι δεῖ αὐτοὺς τιμᾶν ἄνδρας πεφατνευμένους, οὓς οἱ θεοὶ φιλοῦσιν οὐχ ἧττον ἢ οὓς οἱ ἀλφιτοποιοὶ πιαίνουσι βοῦς, δι' ὧν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι ἐνίοτε θύοντες πείθουσιν· οὐχ ἧττον ἴσως, ἀλλὰ καὶ πολὺ μᾶλλον παχέων βοῶν οἱ παχεῖς ἄνθρωποι εὐφραίνουσιν ὑμᾶς οὕτως ὥστε ἐνίοτε ὅλῃ πόλει καὶ ὅλῳ ἔθνει ὀργίζεσθαι, ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀδικούντων ταῦτα τὰ θρέμματα.

17. ὡς δὴ ὤφελες, ὦ μάντι, ἀλείπτης ἡμῖν ἀντὶ μάντεως γενέσθαι, ἢ καὶ μάντις ἅμα καὶ ἀλείπτης, ἵν' ᾖ ὥσπερ χρηστήριον Δελφικὸν, οὕτω καὶ γυμναστήριον. καὶ γὰρ οὐδ' ἀλλότριον ἦν ἀγῶνος Πυθικοῦ Πυθικὸν εἶναι καὶ τὸ γυμναστήριον.

quam te interpretem eius habuerunt. Euthyclem pentathlum in carcerem coniecerant, quod ut patriam aspernaretur dona accepisset; quin etiam in hominis iam mortui statuas hi quoque saeuierant, donec di aegre ferentes grauissimam iis famem immiserant; qua sane confecti perissent, nisi opem tulisset a te redditum oraculum, quo eos iuberes saginatos uiros colere: hos enim di non minus diligunt quam boues quos pistores alunt, quibus caesis homines uos interdum placant: immo multo magis quam pinguibus bobus pinguibus uiris delectamini, ut non raro totam in urbem uel totum in populum ira accendamini, quod unus uel alter alumnos illos laeserit.

17. Debuisti ergo, uates, pro uate nobis aliptes esse, aut aliptes simul et uates, ut Delphicum sicut oraculum, ita etiam gymnasium haberemus. Neque enim a Pythico certamine abhorreret si etiam gymnasium Pythicum esset.

*Τούτοις ἐπισυνάψω καὶ ἅ φησιν ἀπελέγχων ὡς καὶ τοὺς τυράννους κολακεύειν εἰώθασιν οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος.*

XXXV. Ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δόμον [ἐσκαταβαίνει,
Κύψελος Αἰακίδης, βασιλεὺς κλει- [νοῖο Κορίνθου.

οὐκοῦν καὶ οἱ τύραννοι, οὐ μόνον οἱ τῶν τυράννων ἐπίβουλοι,

Κύψελος, ὃς δὴ πολλὰ Κορίνθῳ πήματα τεύξει,

καὶ Μελάνιππος ὁ πολλὰ ἀγαθὰ τῇ Γελῴων πόλει τεύξας. 2. πῶς δ' εἰ Κύψελος ὄλβιος, ὦ κακόδαιμον, οὐ καὶ Φάλαρις ὄλβιος, ὁμότροπος ὢν Κυψέλῳ; ὥστ' ἂν ἐκείνως ἄμεινον εἶναι ὑμῖν·

εὐδαίμων Φάλαρις καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
θείας ἀγητῆρες ἐν ἀνθρώποις διχονοίας.

3. ἤκουσα δέ σου καὶ διαλελυμένον χρησμὸν περὶ τοῦ Φαλάριδος, ἐπαινοῦντα καὶ τιμῶντα, ὅτι λαβὼν ἐπιβουλεύοντας ᾐκίσατο μέν, καρτεροῦντας δὲ ἀγάμενος ἀφῆκε· Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν ἐψηφίσαντο θανάτου Φαλάριδι, ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσηνέχθη. ἀλλ' εὖ γε καὶ μόλις ἡμῖν τὰ περὶ τοῦ θανάτου ἔδειξας καὶ τῆς ζωῆς, ὅτι κάλλιστόν τι ἐστὶν ἡ ζωή.

*Ἐπὶ τούτοις ἅπασι καὶ τόδε προσκείσθω·*

Illis adiungam quibus in eos ipsos de quibus loquimur deos quod tyrannis blandiri soleant inuehitur.

XXXV. « Fortunatus ille uir, qui nostram in aedem descendit, Cypselus Aeacides, rex inclitae Corinthi. »

Ergo beati non minus tyranni quam qui tyrannis insidiantur, non minus « Cypselus, qui multis malis Corinthum afficiet, » quam Melanippus, qui optime de Gelensium ciuitate meritus est. 2. Quodsi Cypselus beatus est, qui non etiam Phalaris, qui fuit moribus huic similis? Itaque sic uos melius dixissetis : « Felix et Phalaris natus est et Melanippus, diuinae inter homines discordiae auctores. » 3. Accepi autem oraculum quoddam tuum de Phalaride oratione soluta, quo illum celebrares et laudares quod, cum insidiantes sibi corripuisset, torsisset tormentaque non fracto animo tolerantes admiratus dimisisset : « Loxias et Iuppiter indutias mortis in Phalarin indixerunt, quod se mitem in Charitone et Melanippo gessit. » Belle tu quidem uix de uita et morte docuisti nos pulcherrimam rem esse uitam.

Quibus hoc denique adiciatur :

XXXVI. Ἀλλά κε Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώϊον ἔσται
φαλληνὸν τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον.

θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελετὰς ἄγουσιν οὐ μόνον φαλληνοῖς Διωνύσοιο καρήνοις, ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις, καὶ οὐ μόνον φαλληνοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς Διονυσίοις καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς. **2.** τρὶς γὰρ ὡς ἀληθῶς μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, οὐκ ἀθάνατοι, ἀλλὰ λίθινοι καὶ ξύλινοι δεσπόται ἀνθρώπων· οἳ εἰ ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφεώρων, οὐκ ἂν τοσοῦτος ἤρθη λῆρος, ὥστ' ἤδη καὶ μέχρις ὑμῶν κεχωρηκέναι τὸ κακὸν, ἐπιδιαβὰν καὶ εἰς τὸν Ὄλυμπον, ὅθι, φασὶ, θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί. **3.** καίτοι εἰ ἀσφαλὲς ἦν, οὐκ ἂν ἦν ἐπιβατὸν λήρῳ, οὐδ' ἂν εἷς τις τῶν Ὀλυμπίων εἰς τοῦτο ἦλθε παρανοίας ὥστ' ἐλάϊνον κορμὸν θεῶσαι· ὃν οἱ Μηθυμναῖοι σαγήνης ἐμπλακέντα τοῖς λίνοις ἀνείλκυσαν, καὶ δὶς, εἰ βούλει, καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις ἐν τῷ αὐτῷ σαγηνεύοντες ἄνθρωποι, καὶ ἐξ ἐκείνου εἰς τὸ Λιβυκὸν ἐξοκείλαντες, οὐδ' εἰς τὴν γῆν ἔξω ἐκβαλόντες αὐτόν· ἐπεὶ οὐκ ἂν,

XXXVI. « Methymnae incolis multo melius erit si Bacchi *φαλληνὸν* signum uenerati erunt. »

Nam uictimas immolant ciuitates et sacra peragunt non solum *φαλληνοῖς*, sed etiam lapideis et aeneis et aureis Bacchi signis, *nec ipsis tantum Bacchis sed ceteris quotcumque sunt Hesiodeis numinibus*. 2. Sunt enim in terra hominum nutrice triginta milia non immortalium, sed lapideorum et ligneorum humani generis dominorum. Qui si hominum et proteruitatem et aequitatem animaduerterent, non adeo creuisset stultitia ut ad uos quoque malum perueniret, quod etiam ad ipsum Olympum euasit, ubi deorum, ut aiunt, sedes secura semper. 3. At sedes illa si secura esset, non occupassent eam nugae, nec Olympiorum quisquam eo dementiae uenisset ut oleaginam stirpem diuinitate condonaret. Nam stirpem Methymnaei cum retibus sustulissent, bis uel ter uel saepius si placet euerriculi plagulis ibidem irretitam, inde ab hoc loco ad Libycam oram secum traxerunt, neque usquam in terram eiecerunt : non iam enim, per Bacchum, retibus implicata esset. 4. Caudex autem ille a parte superiori capitis similitudinem referebat, (inauditum, Apollo, artificium !) Quid ergo sibi uolebat in mari natans,

μὰ τὸν Διόνυσον, ἔτι αὐτοῖς ἐνεπλάκη τοῖς λίνοις. 4. ἀλλ' ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμὸς (Ἄπολλον, ξένου κατασκευάσματος·) τί ποτ' οὖν ἔπραττεν ἐν τῷ πελάγει; ἀπορήσαι ἄν τις. τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐκάθητο, νὴ Δία, ἀναμένων ἕως ἄνθρωποι μαινόμενοι, οὐ γὰρ φήσω ὅτι καὶ θεοὶ, ἐγκυρήσαντες αὐτῷ, οὐ διοπετὲς, ἀλλὰ ποσειδωνοπετὲς ἡγήσωνται, κἄπειτα εἰς ἄστυ ἀπαγάγωσιν, ὥσπερ τινὰ ἀγαθὴν τύχην, κακὴν οὖσαν ὡς ἀληθῶς, οὐ τύχην, ἀλλὰ τυφεδόνα; ἢ οὐκ ἤρκει ἄρα αὐτοῖς οἴκοθεν διολλύουσα, ἀλλ' αὐτὴν ἐπέρρωσέ τε καὶ προσεπέτεινε θεοπληξίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἐκ Δελφῶν μετάπεμπτος ἐπιθήκη;

quaesierit quispiam? Quid? sedebat nempe, per Iouem, exspectans dum furiosi homines, ne dicam dii, obiectum illum non quidem a Ioue, sed a Neptuno demissum esse putarent, in urbemque reportarent, ut prosperae fortunae indicium, cum aduersae multo magis et fax discordiarum esset. An cum non satis esset quae perderet eos intestina pestis, Delphis arcessita accessit nescio qua caelo demissa quae eam aleret et confirmaret?

---

## (PRAEP. EVANG. L. VI.)

VII. Σὲ οὖν ἐν Δελφοῖς καθῆσθαι μὴ δυνάμενον, μηδ' εἰ βούλοιο, σιωπᾶν. ὁ δ' Ἀπόλλων ἄρα ὁ τοῦ Διὸς υἱὸς νυνὶ βούλεται, οὐχ ὅτι βούλεται, ἀλλ' ὅτι ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ βουληθῆναι τέτακται. 2. δοκῶ δέ μοι τὰ λοιπὰ πάντα παρεὶς, ἐπειδὴ εἰς τοῦτον τὸν λόγον οὐκ οἶδ' ὅπως

VII. . . . . . . te igitur Delphis sedere ac ne si uelis quidem silere posse. Ergo Apollo Iouis filius nunc uult non quia uult, sed quia necessitate comparatum est ut uelit. 2. Nobis autem uidetur, quoniam in hanc semel rationem nescio quo pacto incidimus, reliquis omissis, de re idonea et per se digna de qua quaeratur quaerere.

ὑπήχθην, οἰκεῖόν τι καὶ ἀξιοζήτητον ζητήσειν πρᾶγμα. ἀπόλωλε γάρ, τό γ' ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἴακά τις αὐτὸ εἴτε ἕρμα εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζων χαίρει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία, ἣν ἡμεῖς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα, Δημόκριτος δέ γε, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν δοῦλον, ὁ δὲ ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιδεῖξαι. 3. ἀλλὰ τούτων μὲν λόγος τοσοῦτος, ὅσον ἄν τις ἀξιώσειεν ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπου[ς]· εἰ δ' ἤδη καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν καταστρατεύεται, παπαῖ, οἷα πεισόμεθα. 4. ἀλλ' οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ δίκαιον, ἀπὸ γοῦν τούτων τεκμαιρομένοις ἡμῖν·

ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
εἴσω τὸ προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο.

5. τί γάρ, φησὶν ὁ Ἀργεῖος, εἰ βουλοίμην, ἔξεστί μοι, καὶ δύναμαι, εἴ μοι δόξειεν, ἧσθαι καὶ πεφυλάχθαι; ἔξεστιν, εἴποις ἂν, καὶ δύνασαι· ἢ πῶς ἄν σοι τοῦτ' ἐγὼ προσέταττον;

Periit enim iam, quantum fuit in sapientibus, et sublata est ex humana uita quod quis uel gubernaculum uel fulmen uel fundamentum uel quouis alio nomine uocet, potestatem illam dico uitae nostrae quam nos quidem rerum maxime e necessitate pendentium dominam existimamus, cum interim Democritus, nisi fallor, et Chrysippus rerum humanarum pulcherrimam alter in seruitutem, alter in dimidiatam seruitutem redigere non dubitent. 3. Sed harum sententiarum eatenus ratio habenda est quatenus quis existimauerit homo hominis : quod si iam a diis in nos fit impetus, uae, quid nos miseros manet? 4. At immerito illud et iniuria, si quidem ex his coniecturam facere licet :

« Inuise finitimis, diis immortalibus amice, hastam domi retinens cautus sedeto. »

5. Nam « quid? inquit Argiuus, licetne mihi si modo uolo? sedere ac cauere, si ita uidetur, possum? — Licet, respondeas, et potes : alioquin hoc te ego iussissem? »

6. Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλείτοιο Κάρυστε,
Πήλιον ἐκπρολιπὼν Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι,
ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

6. « Caryste, Chironis incliti care fili, Pelio monte deserto, summum Euboeae uerticem pete,

7. ἦ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπ' ἀνθρώπῳ τί ἐστιν, ὦ Ἄπολλον, καὶ βουληθῆναι Πήλιον ἐκπρολιπεῖν κύριός εἰμι ἐγώ; καὶ μὴν ἤκουον παρὰ πολλῶν καὶ σοφῶν ὅτι εἴ μοι πέπρωται Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι καὶ ἱερὰν χώραν κτίζειν, καὶ ἵξομαι καὶ κτί<σ>ω, εἴτε λέγοις εἴτε μή, καὶ εἴτε βουλοίμην εἴτε μή. εἰ δέ με δεῖ καὶ βουληθῆναι ὅτι μοι ἀνάγκη ἐστὶ καὶ εἰ μὴ βουλοίμην βουληθῆναι, ἀλλὰ σύ, ὦ Ἄπολλον, πιστεύεσθαι δικαιότερος. 8. ἔοικα δή σοι μᾶλλον προσέξειν.

ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

ἀγγελῶ, νὴ Δία, (φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος, ἢ σὲ ἐλέγχων,) κἂν μὴ κελεύσῃς· πέπρωται γάρ. καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία νῆσος· ἥξουσι δ' ἐπ' αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. σὺ οὖν, δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν, οὐκ ἀνέξῃ, οἶμαι, αὐτοῦ οὕτως ὄντος ἀχαρίστου καὶ θρασέος, ὅς, εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν, οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ᾤκησαν.

ubi tibi fatum est sacram sedem condere. I iam, neue moreris. »

7. Ain tu, Apollo? Estne aliquid hominis in potestate? In potestate mea est Pelium relinquere uelle? Atqui audieram a multis sapientibusque uiris, si mihi fatum esset Euboeae culmen ascendere sacramque sedem condere, ascensurum me et conditurum, iussisses tu necne, ego uellem nollem. Sin autem me etiam id uelle oportet quod etiamsi nollem necessitas tamen me uelle cogeret: tu uero, Apollo, dignior es cui credatur. 8. Ad tuam auctoritatem confugere malo.

« Pariis renuntia, Telesicles, me tibi mandauisse ut Aeria in insula conspicuum oppidum conderes. »

Renuntiabo, per Iouem, (dicat forsitan aliquis uel inani mente tumidus uel te refellens) etiamsi non mandaueris: fato enim decretum est. Thasos autem Aeria insula est: quam attingent Parii, monente Archilocho filio meo insulam illam olim Aeriam uocatam fuisse. Tu autem, ut es pronus ad repetendas poenas, non laturus mihi uideris hominem ingratum adeo et proteruum, quem nisi admonere uoluisses, nec ipse mandata tua renuntiasset, nec filius eius Archilochus Pariorum colonos deduxisset, nec Parii Thasum incoluissent.

9. Οὐκ οἶδ' οὖν εἰ σὺ λέγεις μὲν ταῦτα, οὐκ οἶσθα δὲ ἃ λέγεις. ἀλλ' ἐπεὶ σχολὴν ἄγειν ἐοίκαμεν καὶ μακρὰ διαλέγεσθαι, ὁ δὲ λόγος οὐ πάρεργος, ἐκεῖνό μοι λέγε· (ἴσως γὰρ καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἀρκεῖ·) 10. ἆρά γέ τί ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ; φαίης ἄν. τοῦτο δὲ ὁπόθεν ἴσμεν; τῷ ποτ' ἄρα τοῦτο εἰδέναι ἐκρίναμεν; ἢ οὐκ ἄλλο ἱκανὸν οὕτως ὡς ἡ συναίσθησίς τε καὶ ἀντίληψις ἡμῶν αὐτῶν; 11. τί δ'; ὅτι ζῷά ἐσμεν πῶς ποτ' ἄρα ἐξεύρομεν; πῶς δ' ὅτι καὶ ζῴων, ὡς μὲν ἂν ἐγὼ εἴποιμι, ἄνθρωποι, καὶ ἀνθρώπων ὁ μὲν γόης, ὁ δὲ γόητος ἀπελεγκτής· ὡς δ' ἂν σύ, ὁ μὲν ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεὸς, καὶ ὁ μὲν μάντις, ὁ δὲ συκοφάντης; καὶ ἔστω γέ σοι οὕτως ἔχον, ἐάνπερ ἔγωγε ἁλῶ. 12. πῶς δ' ὅτι διαλεγόμεθα ἐν τῷ παρόντι ἐγνώκαμεν; τί φῄς; ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἐκρίναμεν τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν τῷ πάντων ἐγγυτάτῳ πράγματι αὐτῷ; δῆλον ὅτι. οὐ γὰρ ἦν ἄλλο αὐτοῦ οὔτε ἀνώτερον οὔτε πρεσβύτερον οὔτε πιστότερον. 13. ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἕξει, μηδὲ ἄρα ὥς σέ τις εἰς Δελφοὺς παραγενέσθω λοιπὸν ὄνομα Ἀλκμαίων, ἀπεκτονὼς τὴν

9. Taliane loquaris nec scias quid dicas equidem nescio. Sed quoniam et est nobis etiam ad longiores sermones otium, nec aliena haec est disputatio, hoc mihi respondeas uelim (nam pauca fortasse e multis sufficiunt). 10. Egone et tu aliquid sumus? Esse dixeris. Id autem unde cognouimus? uel quo indicio id nos scire iudicauimus? Nonne fateris nihil ad hoc tam idoneum fuisse quam sensum nostrum nostramque nostri perceptionem? 11. Quid? unde intelleximus animalia nos esse? unde ex animalibus, ut more meo loquar, homines nos, ex hominibus alterum praestigiatorem, alterum praestigiatorum indicem, ut more tuo, alterum hominem, alterum deum, hunc uatem, hunc delatorem? et esto quidem istuc, si ego conuictus ero. 12. Iam uero nos in praesentia disputare unde cognouimus? Quid? Nonne recte de perceptione nostri eo quod omnium proximum est indicio, re ipsa, iudicauimus? Omnino. Etenim nihil reperiatur uel superius uel antiquius uel fide dignius. 13. Si minus, desinat iam Delphos ad te ire Alcmaeon quidam, qui matre interfecta domo exsulans domum redire cupiat. Nam sitne omnino aliquid, et domo pulsus sit, et domum redire cupiat, ignorat. At licet Alcmaeon furiosus

μητέρα, καὶ οἴκοθεν ἐλαυνόμενος καὶ οἴκαδε ἐπιθυμῶν. οὐ γὰρ οἶδεν οὔτ' εἰ ἔστι τι αὐτὸς τὸ παράπαν, οὔτε εἰ οἴκοθεν ἐλαύνεται, οὔτ' εἰ οἴκαδε ἐπιθυμεῖ· ἀλλ' εἰ καὶ μαίνεται ὁ Ἀλκμαίων καὶ ὑπονοεῖ τὰ μὴ ὄντα, ὅ γε Πύθιος οὐ μαίνεται. μηδὲ λέγε οὕτως·

νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι
Ἀμφιαρηϊάδη.

οὐδὲ γὰρ σὺ οἶσθά πω εἴ σέ τις ἐρωτᾷ Ἀμφιαρηϊάδης, οὐδ' εἰ σὺ τὶ εἶ ὁ ἐρωτώμενος, καὶ λέγειν ἔχων περὶ ὧν τις ἐρωτᾷ. 14. μηδὲ Χρύσιππος ἄρα ὁ τὴν ἡμιδουλείαν εἰσάγων, ὅ τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο <οὐκ εἰδὼς,> ἀπαντάτω εἰς τὴν Στοὰν, μηδ' οἰέσθω ἀπαντήσεσθαι τοὺς βλέννους ἐκείνους ὡς αὐτὸν ἀκουσομένους τὸν Οὖτιν· μηδὲ διατεινέσθω περὶ μηδενὸς καταστὰς πρὸς μὲν Ἀρκεσίλαον παρόντα, πρὸς δὲ Ἐπίκουρον οὐ παρόντα. 15. τί γάρ ἐστιν ὁ Ἀρκεσίλαος, τί δὲ ὁ Ἐπίκουρος, ἢ τί ἡ Στοὰ, ἢ τί οἱ νέοι, ἢ τίς ὁ Οὖτις, οὔτ' οἶδεν οὔτε οἷός <τε> εἰδέναι· πολὺ γὰρ πρότερον οὐδ' εἰ αὐτός τί ἐστιν οἶδεν. 16. ἀλλ' οὐκ ἀνέξεσθε οὔτε ὑμεῖς οὔτε ὁ Δημόκριτος, εἰ λέγοι τις ταῦτα· οὐ γὰρ

sit falsaque imaginetur: Pythius certe non delirat. Noli iam dicere:

« Patriam redire cupis, Amphiarai fili. »

Necdum enim tu scis tene roget aliquis Amphiarai filius, nec tune quicquam sis qui rogeris, aut habeas quid rogatus respondeas. 14. Ne igitur Chrysippus, cum illa sua dimidiata seruitute, quae quid demum sit ignorat, ad Porticum ueniat, neue eodem stolidos ad audiendum se qui nemo sit conuenturos putet, neue de rebus quae nullae sint aduersus uel praesentem Arcesilam uel absentem Epicurum contendat. 15. Quid enim sit Arcesilas, quid Epicurus, quid Porticus, quid discipuli, quid ipse ille Nemo, nec scit nec scire potest: nec mirum, cum ne rem quidem multo priorem, sitne ipse aliquid, exploratam habeat.

16. Quae si quis loquatur, nec uos feratis nec Democritus, nullam esse confirmantes explorandarum rerum certiorem illa de qua locutus sum rationem; aut si quae esse uideantur aliae, nullam tamen illi adaequari; aut si qua forte adaequetur, nullam tamen anteponi posse. 17. Quamobrem, dicat aliquis, tu Democrite et tu Chrysippe et tu denique uates, quoniam indignamini si quis illam uestri perceptionem tollere uelit, ut

εἶναι πιστότερον μέτρον οὔ λέγω· οὐδ' εἰ δοκεῖ καὶ ἄλλα τινὰ εἶναι, τούτῳ γ' ἂν παρισωθείη· ἢ παρισωθείη μὲν ἄν, ὑπερβάλλοι δὲ οὐκ ἄν. 17. οὐκοῦν, φήσειεν ἄν τις, ὦ Δημόκριτε, καὶ σύ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ, ὦ μάντι, ἐπειδὴ ἀγανακτεῖτε εἴ τις ἐθελήσαι παρελέσθαι τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν — οὐ γὰρ ἔτι τὰς πολλὰς ἐκείνας βίβλους εἶναι — φέρε καὶ ἡμεῖς ἀνταγανακτήσωμεν. 18. τί δή ποτε; ἔνθα μὲν ἂν ὑμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ πιστότατον καὶ πρεσβύτατον, ἔνθα δ' ἂν μὴ δοκῇ, ἐκεῖ καταδυναστεύσει τι λεληθὸς αὐτοῦ εἱμαρμένη <ἢ> πεπρωμένη, διαφορὰν ἑκάστῳ ὑμῶν ἔχουσα, τῷ μὲν ἐκ θεοῦ, τῷ δὲ ἐκ [τῆς] τῶν μικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων κάτω καὶ ἀναπαλλομένων ἄνω καὶ περιπλεκομένων καὶ διαλυομένων καὶ διισταμένων καὶ παρατιθεμένων ἐξ ἀνάγκης; 19. ἰδοὺ γὰρ ᾧ τρόπῳ ἡμῶν αὐτῶν ἀντειλήμμεθα, τούτῳ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐθαιρέτων καὶ βιαίων. οὐ λέληθε δὲ ἡμᾶς ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ βαδίζειν καὶ τοῦ ἄγεσθαι, οὐδὲ ὅσον τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι.

nullis iam futuris multis illis libris, nobis quoque indignari liceat. 18. Quid? ubi uobis placuerit, erit illud de quo loquimur fide dignissimum et antiquissimum, ubi aliter uisum erit, dominabitur ei latens nescio quid, *εἱμαρμένη* illa uestra uel *πεπρωμένη*, de qua hoc inter uos dissentitis, quod alter eam a deo, alter e corpusculis illis ortam esse putat quae modo deorsum ferantur, modo sursum resultent, quaeque et implicata dirimantur et segregata componantur necessario? 19. Etenim qua ratione nosmet ipsos, eadem qui in animo nostro propria ui et impetu fiunt motus percipimus. Nec nos latet quantum intersit, num quis sponte sua incedat an extrinsecus moueatur, arbitrio suo agat an ui cogatur.

20. Ὧν δὲ ἕνεκα ταῦτα προσεισήνεγκα τῷ λόγῳ; ὅτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς ταῦτά γε οὐκ ἂν εἰδείης, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως. 21. αὕτη δέ γε ἐφαίνετο οὐκ ὀλίγων οὖσα πραγμάτων ἀρχή· ὃν δὲ ἡ ἀρχή, ἥτις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα αἰτία, ἐκπέφευγεν, ἦ πού γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος; 22. ἀναίσχυντος δηλαδὴ ὁ Λαΐῳ προμαντευόμενος ὅτι αὐτὸν ἀποκτενεῖ ὁ φύς. ἤμελλε γάρ που ὁ φὺς κύριος ἔσεσθαι τῆς ἑαυτοῦ βουλήσεως, καὶ οὔτε τις Ἀπόλλων οὔτε τις αὐτοῦ ὑπέρτερος ἐξικνεῖσθαι ἱκανὸς οὐδεμιᾷ δυνάμει ὧν οὐκ ἔστιν οὔτε ὕπαρξις οὔτε γενέσεως ἀνάγκη. 23. ἐκεῖνο γὰρ δὴ τὸ καταγελαστότατον ἁπάντων, τὸ μῖγμα καὶ ἡ σύνοδος τοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τι εἶναι, καὶ εἱρμὸν οὐδὲν ἧττον εἶναι. προσεοικέναι γὰρ αὐτόν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφώτεροι, τῷ Εὐριπιδείῳ λόγῳ· 24. τεκνῶσαι μὲν γὰρ ἐθελῆσαι τὸν Λάϊον, κύριον εἶναι τὸν Λάϊον, καὶ τοῦτο ἐκπεφευγέναι τὴν Ἀπολλωνίαν ὄψιν· τεκνώσαντι δ' αὐτῷ ἐπεῖναι ἀνάγκην ἄφυκτον ὑπὸ

20. Sed cur ego illa rationi huic nostrae inserui? Quia te fugit, uates, quae res penes nos sint, tuque licet omnia scias, periculum est ne illa certe ignores quae e uoluntate nostra pendent. 21. Atqui hanc multarum rerum principium esse constat: quem autem principium fugit quod fuerat eorum quae postea futura erant causa, numqua is ratione quae principium consecutura sint praesentiat? 22. Fuit igitur impudens qui Laio praedixit eum a filio interfectum iri. Nam filius uoluntatis suae arbiter futurus erat, nec potest quisquam uel Apollo uel Apolline potentior res eas ulla ui complecti animo, quae nec sunt nec fiant necesse est.

23. Nam omnium maxime ridiculum est temperamentum illud quo utrumque ita conciliant ut sit aliquid hominis arbitrio permissum, sitque nihilominus rerum inter se nexarum series. Et eam quidem talem esse sapientibus placet qualis apud Euripidem appareat. 24. Nam liberos tollere uelle Laium, id penes Laium esse, id Apollinis acumen fugere. Si uero sustulerit, necessitatem ei adesse ineuitabilem ut a filio interficiatur: hoc modo e rerum futurarum necessitate praesensionem earum uati contingere. 25. At

τοῦ φύντος ἀποθανεῖν· οὕτως οὖν τὴν ἐπὶ τῷ μέλλοντι ἀνάγκην παρέχειν τῷ μάντει τὴν τοῦ γενησομένου προαίσθησιν. 25. ἦν δέ που καὶ ὁ φὺς τῆς ἰδίας βουλήσεως κύριος, ὥσπερ ὁ φύσας, καὶ ὡς ἐκεῖνος τοῦ τεκνῶσαι καὶ μή, οὕτως οὗτος τοῦ ἀποκτεῖναι καὶ μή. τοιαῦτα δὲ ὑμῶν τὰ μαντεύματα πάντα· καὶ ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν ὃ ἔλεγεν, τὸ

καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος,

26. ὅτι πήρωσις μὲν ἔσται αὐτοχειρίᾳ τοῦ φύντος ἐπὶ γάμῳ μητρὸς καὶ τυραννίδι, ἣν παρέλαβεν ἐπ' αἰνίγματος λύσει, παίδων δὲ ἀλληλοκτόνοι σφαγαὶ ἐπὶ φυγῇ μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑτέρου, τοῦ δὲ ἑτέρου πλεονεξίᾳ, καὶ γάμῳ τοῦ φυγάδος ἐν Ἄργει, καὶ στόλῳ στρατηγῶν ἑπτὰ καταγελάστων καὶ συμβολῇ· ὧν ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας διαιρουμένων πῶς ἂν εἴη σοι ἐξεπίστασθαι, ἢ ὁ εἱρμὸς συνδεῖν δύναιτο; 27. εἰ γὰρ αὖ κύριος ὢν μὴ ἐβουλήθη τυραννεῖν ὁ Οἰδίπους, ἢ τοῦτο βουληθεὶς καὶ πράξας γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην οὐ προείλετο, ἢ γήμας μὴ ἐτετύφωτο μηδ' ἦν δύσθυμος καὶ

filius quoque uoluntatis suae potens erat, sicut pater; et quemadmodum illum penes erat liberos tolleret annon, ita hunc penes patrem necaret annon. Sunt autem eiusmodi omnia oracula uestra : et hoc illud erat quod praedicabat Euripideus ille Apollo :

« Tota tua domus sanguine mersa peribit : »

26. futurum esse ut filius propriis manibus oculos effoderet propter matrem sibi nuptam occupatamque pro soluto aenigmate tyrannidem, et liberorum inter se caedes fierent, cum regno pulsus esset alter, alter cupiditate flagraret, et uxorem Argis duxisset exsul, et armati denique essent manusque conseruissent septem illi ridiculi duces. Quae omnia quoniam ad diuersissima et principia et consilia referenda sunt, quomodo ea tu perspiceres uel necessitas inter se colligeret?

27. Si enim contra Oedipus ut erat sui iuris tyrannidem occupare noluisset; aut si, postquam uoluisset et occupasset, Iocasten ducere non decreuisset; aut si ea in matrimonium recepta non occaecatus esset prae aegritudine et tristitia, quomodo singula illa euenissent? Quomodo aut oculos sibi eruisset aut liberis illas tuas simul et Euripidis diras imprecatus esset? 28. Iam quae

δυσάρεστος, πῶς ἂν τὰ καθ' ἕκαστα ἐπράχθη; πῶς δ' ἂν τῶν ὀφθαλμῶν ἥψατο; πῶς δ' ἂν τοῖς παισὶν ἐπηράσατο τὴν Εὐριπίδου καὶ τὴν σὴν ἀράν; 28. τά τε ἑξῆς τούτων τίνα ἂν τρόπον ἐγεγόνει, μὴ προτέρων αἰτιῶν γιγνομένων ἢ σύ τι τῶν μελλόντων λέγειν ἠδύνασο; πάλιν δ' αὖ εἰ συμβάντες οἱ παῖδες ἅμα ἐβασίλευον, ἢ εἰ συνθέμενοι παρὰ μέρος ἔμενον ἐπὶ τοῖς συγκειμένοις, ἢ εἰ ὁ ἀπελαθεὶς ἔγνω μὴ εἰς Ἄργος, ἀλλ' εἰς Λιβύην ἢ εἰς Περραιβοὺς ἀπελθεῖν, ἢ εἰ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ Ἄργος ἔγνω ταριχοπωλεῖν, καὶ μὴ πλουσίαν λαβεῖν γυναῖκα, 29. ἀλλὰ χερνῆτίν τινα ἢ κάπηλιν, ἢ εἰ ὁ Ἄδραστος μὴ ἔδωκε τὴν θυγατέρα αὐτῷ, ἢ εἰ ὁ μὲν ἔδωκεν, ὁ δ' οὐκ ἐπεθύμησε τῆς οἴκαδε ὁδοῦ, ἢ εἰ ἐπιθυμήσας ἐκράτησεν ἑαυτοῦ ἢ εἰ μὴ προσέσχεν αὐτῷ δεομένῳ συμμαχίας ὁ Ἄδραστος, ἢ εἰ τῷ Ἀδράστῳ μήτε ὁ Ἀμφιάραος μήτε ὁ Τυδεὺς μηδὲ τῶν ἄλλων ταξιάρχων ἕκαστος ἠκολούθουν, ἢ εἰ οἱ μὲν συνηκολούθουν, ὁ δὲ ἐλθὼν οὐκ ἐμάχετο τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢ συμβὰς ἐβασίλευσεν ἅμα αὐτῷ ἢ μὴ βουλομένῳ ἀνεχώρησε, πεισθεὶς Εὐριπίδῃ λέγοντι·

deinceps consecuta sunt, qua tandem ratione accidissent, quoniam non priores fuerunt causae quam tu futurorum quicquam praedicere posses? Quod si contra liberi e composito una regnassent, aut si, cum conuenisset inter eos ut in uicem imperarent, pacto stetissent; aut si pulsus alter non Argos, sed in Libyam uel ad Perrhaebos migrare statuisset; aut si, cum Argos aduenisset, salsamenta uenditare, nec locupletem mulierem, 29. uerum operariam aliquam uel copam uxorem ducere decreuisset; aut si Adrastus filiam suam ei negasset, aut si dedisset ille quidem, hic autem in patriam redire non cupisset; aut si reditus cupidum animum uicisset; aut si Adrastus auxilium roganti aurem non praebuisset; aut si Adrasto nec Amphiaraus nec Tydeus nec ceterorum ducum ullus comitem se adiunxisset; aut si facta cum iis societate in patriam reuersus manus fratri non intulisset, sed uel e composito una cum fratre regnauisset, uel neganti ultro cessisset, Euripidi obsecutus dicenti :

« Vesanus huc uenisti patriam uastaturus ; »

30. aut si non ille quidem, uerum alter se ita gessisset, auditis his aliis Euripidis cauillationibus :

« Sol igitur et nox mortalibus

ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ πορθήσων πάτραν,

30. ἢ εἰ οὗτος μὲν μή, ὁ δ' ἕτερος, τῶν Εὐριπιδείων ἀκούσας σοφιστευμάτων ἐκείνων τῶν ἄλλων·

εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχειν ἴσον;

πῶς ἂν συστάντες ἐμάχοντο καὶ Λαΐου πᾶν δῶμα ἔβη δι' αἵματος;

31. Ἀλλὰ μήν, φήσεις, γέγονε ταῦτα. γέγονεν· ἀλλὰ σὺ ποίᾳ ὁδῷ εἰσῆλθες εἰς τὴν τούτων εἴδησιν; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὡς πυκνὰ διακέκοφε τὸ ὅλον δρᾶμα ἡ ἐν ἡμῖν τοῖς τὸ δρᾶμα συμπληροῦσι δύναμις; οὕτω δὲ καὶ ἣν βούλει ὑπόθεσιν λαβὼν διατεμῶ τὸν εἱρμὸν ὑμῶν, ἀποφανῶ τε ἀδύνατον ὄντα. 32. ἀλλὰ σὺ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἔσχατα εἰδέναι λέγεις, ἡ δὲ ὑπόθεσις ἐκ διακοπτικῆς εἱρμοῦ δυνάμεως ὅλη συντέτακται. 33. ἢ ὃ λέγω οὐ συνίῃς; ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν, ὦ μάντι, τὰ ζῷα ἢ ὀλίγας πολλάκις ἀρχὰς ποιούμενα, ἢ πολλὰς ἐν αὐτῇ. αἱ δὲ ἀρχαὶ ἀεὶ τὰ μέχρις αὐτῶν διακόψασαι αὐταὶ ἄλλα προάγουσι πράγματα· τὰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον προχωρεῖν δύναται, ἐφ' ὅσον ἂν μὴ ἄλλη ποθὲν ἐπιστᾶσα ἀρχὴ τὰ μετ' αὐτὴν μὴ τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἑαυτῇ κε-

cum inseruiant, tu domus aequam partem habere non sustineas? »

quo modo pugnam inter se commisissent uel tota Lai domus sanguine mersa perisset?

31. Atenim, dicas, ita factum est. Factum est quidem : sed quanam uia in scientiam istam te insinuasti? Nonne uides quam saepe totam fabulam interruperit uis ea quae nobis fabulam peragentibus est? Itaque, argumento quodcumque delegeris sumpto, rerum illam uestram seriem dirimam nullamque esse posse demonstrabo. 32. Tu tamen argumenti exitus prospicere te dicis, cum totius argumenti ordo ui ea quae rerum seriem rumpit efficiatur. 33. An quid dicam non intellegis? Oriuntur nimirum, o uates, ab animantibus in quouis argumento principia uel pauca uel plura; singula autem principia, ut quodcumque ad illud tempus agebatur intercidunt, ita nouas ipsa res de integro instaurant : quae usque adeo progredi poterunt, dum aliud principium aliunde ortum res post se futuras non iam e superioribus uerum e se ipso pendere cogat. 34. Et poterit qui-

λεύσῃ. 34. εἴη δ' ἂν ἀρχὴ καὶ ὄνος καὶ κύων καὶ ψύλλα. οὐ γὰρ παραιρήσει <τις> οὐδὲ τῆς ψύλλης, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τὴν ἐξουσίαν· ἀλλ' ὁρμήσει τινὰ ἰδίαν ὁρμὴν ἡ ψύλλα, ἢ καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐνίοτε συμπλακεῖσα ἀρχὴν ἑαυτὴν παρέξεταί τινος ὁδοῦ. σὺ δὲ χρώμενος οὐκ αἴσθῃ τῷ γένει τούτῳ.

dem eiusmodi principium uel asinus esse uel canis uel pulex: nam ne pulici quidem, per Apollinem, copia sui eripietur; sed is est qui proprio adpetitu feratur, et rebus humanis implicitus interdum uiae cuiusdam ineundae auctorem se praestet et principem. Tu uero nescius oracula ab hoc genere animalium petis.

35. Τρηχῖν' ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλέος θείοιο,
ὦ Λοκρέ· σοὶ δὲ Ζεὺς ἄτας δῶκ' ἠδ' ἔτι [δώσει.

τί φῄς; οὐ γὰρ ἐπέπρωτο ὑφ' ὑμῶν ἐξαιρεθῆναι αὐτήν; καὶ τί αἴτιοι ἡμεῖς, ἀλλ' οὐχ ἡ ὑμετέρα ἀνάγκη; οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ Ἄπολλον, οὐδ' ὀρθῶς ἐπιτιμᾷς τοῖς οὐδὲν ἀδικοῦσιν ἡμῖν. 36. ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίνυται, ἀλλ' οὐκ, εἴπερ ἄρα, ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; τί δὲ καὶ ἀπειλεῖ ἡμῖν; ἢ τί ἡμεῖς, ὡς ὄντες τούτου κύριοι, λιμώττομεν; ἀλλὰ καὶ ἤτοι ἀνοικισθήσεται πρὸς ἡμῶν, ἢ οὔ· ὁπότερον δ' ἂν ᾖ, τοῦτο πέπρωται. 37. λῆξον δὴ, ὦ Ζεῦ λιμοποιὲ, τοῦ θυμοῦ· ἔσται γὰρ ὃ πέπρωται, καὶ τοῦτο προστέτακται ποιεῖν ὁ σὸς εἱρμός· ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτον οὐδέν ἐσμεν.

35. « Trachina, Locre, uastauisti, diui Herculis urbem : sed tibi Iuppiter perniciem immisit et in futurum immittet. »

Quid? nonne a uobis decretum erat ut urbs euerteretur? Quid igitur hoc nobis, non necessitati uestrae imputatur? Iniuste tu facis, Apollo, atque immerito ab insontibus nobis poenas repetis. 36. Iuppiter uero, necessitatis uestrae necessitas, quid in nos, nec potius, si quidem poenas exigere libet, in se ipsum animaduertit, qui ea ut esset necessitas constituerit? Aut quid nobis minatur? quid, quasi res penes nos fuerit, fame laboramus? Ceterum urbs illa aut uastabitur a nobis aut non : utrum autem eueniat, constitutum est. 37. Quare, Iuppiter famis fabricator, iram depone: erit enim quod fieri fatum est; id autem ut perficeret isti tuo causarum ordini assignatum est :

παῦσαι δὲ καὶ σύ, ὦ Ἄπολλον, μάταια χρησμῳδῶν· ἔσται γὰρ ὃ δεῖ, ἔσται, κἂν σὺ σιωπᾷς. ἡμεῖς δέ, ὦ Ζεῦ καὶ Ἄπολλον, τί πάθωμεν, οὐδὲν ὄντες αἴτιοι τῆς ὑμετέρας νομοθετήσεως, τουτέστιν ἀναγκοθετήσεως; τί δ' ἡμῖν καὶ ταῖς ὑμετέραις ἄταις, ἃς αὐτοὶ ἔχειν δίκαιοί ἐστε ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἠναγκάσθημεν;

38. Οἰταῖοι, μὴ σπεύδετ' ἀτασθαλίῃσι νόοιο.

ἀλλ' οὐ σπεύδομεν, ὦ Ἄπολλον, ἀλλ' ἐλαυνόμεθα, οὐδὲ ἀτασθαλίαις, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀνάγκῃ. 39. τὸν δὲ Λυκοῦργον ἐκεῖνον πῶς, ὦ Ἄπολλον, ἐπαινεῖς, ὃς οὐκ ἦν ἀγαθός, οὔτε ἑκὼν οὔθ' ἑλόμενος, ἀλλ' ἄκων; εἴπερ που καὶ γίνεταί τις ἀγαθὸς ἄκων. ἔοικε δὲ ὃ νῦν ποιεῖτε, ὡς εἴ τις τοὺς μὲν καλοὺς τὰ σώματα ἐπαινοίη καὶ γεραίροι, τοὺς δὲ αἰσχροὺς ψέγοι καὶ κολάζοι. 40. δίκαια γὰρ εἴποιεν ἂν πρὸς ὑμᾶς οἱ πονηροί, ὅτι οὐκ ἐπετρέψατε ἡμῖν, ὦ θεοί, ἀγαθοῖς γίνεσθαι, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἐβιάσασθε εἶναι πονηρούς· οἵ τε ἀγαθοί, εἰ ἐξηγκωνισμένοι περιπατοῖεν, οὐκ ἐπιτρέψει τις αὐτοῖς, ἀλλὰ φήσει, ὦ Χρύσιππέ τε καὶ Κλέανθες καὶ ὅσοι τούτου τοῦ χοροῦ, (ὑμεῖς γὰρ πεποίησθε

nos prae illo nihil sumus. Sed tu quoque, Apollo, desine inania canere: erit enim quod fieri necesse est, erit etiamsi tacueris. Nobis uero, Iuppiter tuque Apollo, quid patiendum est, qui legis, id est necessitatis a uobis institutae nihil auctores simus? Quid nobis imprecationes uestrae, quibus uos multo magis digni estis pro his quae coacti commisimus?

38. « Nolite, Oetaei, uecordia properare. »

At non properamus, Apollo, sed agimur, non uecordia, sed necessitate uestra.

39. Iam uero Lycurgum, Apollo, quid laudas, qui non sua sponte nec arbitrio suo, sed inuitus bonus fuit? siquidem bonus quisquam inuitus esse potest. Perinde agitis ac si quis homines pulchro corpore praeditos laudet praemiisque afficiat, turpes uituperet ac puniat. 40. Merito enim uobis improbi obiciant quod nos non solum bonos esse uetueritis, sed etiam improbos esse coegeritis. Boni uero, si ansati ambulent, nemo ferat, sed « o Chrysippe, inquiat aliquis, et Cleanthes et quicumque eiusdem coetus estis (nam comparatum est ut boni essetis), uirtutem quidem laudo, sed uos quibus uirtus insita est non laudo. 41. Etiam Epicurum, qui pessime

εἶναι ἀγαθοί,) ἐγὼ μὲν ἀρετὴν ἐπαινῶ, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐναρέτους οὐκ ἐπαινῶ. 41. ἀλλὰ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, ὃν σὺ πολλά, ὦ Χρύσιππε, ἐβλασφήμησας, ἐγὼ τό γε ἐπί σοι ἀφίημι τῶν ἐγκλημάτων. τί γὰρ πάθῃ ὃς οὐχ ἑκὼν ἦν μαλακὸς οὐδὲ ἄδικος, ὥσπερ πολλάκις αὐτὸν ἐλοιδόρησας;

42. εὐτάκτων θνητῶν βιοτῇ θεοὶ ἵλαοί εἰσιν,
εὐσεβέων θ' ἁγίας θυσίας τιμάς τε δέ-
[χονται.

δοκεῖτε δέ μοι οὐκ ἂν ταῦτα λέγειν, μὴ πεπεισμένοι ὅτι οὐκ ἄκοντες, ἀλλὰ βουλόμενοι χωροῦσιν ἐφ' ἃ χωροῦσιν. ἃ δ' ἂν βουληθῶσιν, οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος σοφιστής, οὕτω προεληλεγμένων, τολμήσει λέγειν ὅτι ὑποτέτακται· ἢ λόγους μὲν οὐκέτι πρὸς αὐτὸν ποιησόμεθα, σκύτος δέ τι τῶν εὐτόνων λαβόντες, ὡς ἐπ' ἀνάγωγον παῖδα, τὰς πλευρὰς εὖ μάλα καταξανοῦμεν αὐτοῦ.

a te, Chrysippe, audiit, ego, quantum tu quidem decernere quid potes, crimine absoluo. Quid enim patiatur qui inuitus solutus fuit et iniustus, quod saepius ei contumeliose obiecisti?

42. « Bene moratorum hominum uitae dii propitii sunt, piorumque sacrificia et cultum excipiunt. »

Quae numquam dicturi fuisse mihi quidem uidemini, nisi uobis persuasum esset non inuitos sed propria uoluntate homines uiam quam sequerentur sequi. Quae autem uoluerunt, non deus erit nec sophista qui postquam damnauerit, deinde necessitati subiecta esse contendere audeat. Si minus, non iam cum illo uerba faciemus, sed arrepta, ut in contumacem puerum, scutica acriore, latera eius belle perfricabimus.

# III

## ADNOTATIONES

### (PRAEPARATIONIS EVANGELICAE L. V.)

XIX. 1. Cf. Verg. *Aen.* VI, 20. Oraculum per neminem praeter Oenomaum ad nos peruenit. Diodoro (VI, 61, 2), Apollodoro (III, 15, 8, 4) si creditur, Athenienses iussi erant poenas soluere quascumque Minos exegisset.

*λοιμοῦ καὶ λιμοῦ.* « Manche Wortspiele wurden geradezu typisch, z. B. lässt sich die Geschichte von *λοιμὸς καὶ λιμός* über die Evangelien bis in die alexandrinische Liturgie verfolgen. » (Norden, *Kunstprosa*, p. 24, n. 1.)

2. *ἐθαλασσοκράτει.* Cf. Thuc. I, 4. Hdt. I, 171.

*καὶ διὰ τοῦτο* ante *ἐθεράπευε* scribendum uidetur.

*ὀαριστής.* Cf. Hom. *Od.* XIX, 178-9. *ὀαριστύς ao. ὁ ἀριστύς i.* (om. *b.*)

3. *κορῶν libri. κόρων* Saarmann (*Adn.*), Gifford. Etenim missi erant pueri et puellae.

XX. 1. *εἰσβαλεῖν aob. ἐμβαλεῖν i.*

*Ἀριδαίου.* Hylli Herculis filii filius idemque Aristomachi pater ab Herodoto (VI, 52. VII, 204. VIII, 131) et a Pausania (II, 7, 6. III, 15, 10) ***Κλεόδαιος*** uocatur. Cf. Diod. VII fr. 15 (Georg. Sync. *Chron.* p. 262 B). Apud Apollodorum legitur (II, 8, 2, 5) : « *Καὶ Ἀριστόμαχος θνήσκει. ἐπεὶ δὲ ἠνδρώθησαν οἱ* ***Κλεολάου*** (***Κλεοδαίου*** Wagner) *παῖδες, ἐχρῶντο περὶ καθόδου. τοῦ θεοῦ δὲ εἰπόντος ὅ τι καὶ τὸ πρότερον, Τήμενος ᾐτιᾶτο λέγων τούτῳ πεισ-*

*θέντας ἀτυχῆσαι.* » Vbi legendum uidetur : « *Ἀριστόμαχος ὁ Κλεολάου* (uel *Κλεοδαίου*) *θνήσκει. ἐπεὶ δὲ ἠνδρώθησαν οἱ παῖδες* <*αὐτοῦ*> *ἐχρῶντο κ. τ. λ.* » Vt etiam hoc loco scriptum fuisse *Κλεοδαίου*, *Κλεόδαιος*, recte coniecerit Seguier (*Prép. Ev.* trad. fr. I, p. 499). Videtur proximus *Ἀριστόμαχος* erroris causa fuisse.

Nihil sane de impetu ab ipso Cleodaeo facto traditur : nisi forte Oenomaus auctores habuit quos nos quidem non nouimus. Quantum certe, collatis paucis quae supersunt testimoniis (Diod. IV, 58. Paus. II, 7, 6; 18, 6. Apollod. II, 8, 2. Plat. *Leg.* III, 683 D. Vell. Paterc. I, 2) colligere possumus, primus Hyllus, deinde Aristomachus, eo autem mortuo filii eius Temenus, Cresphontes, Aristodemus Peloponnesum inuadere tentauerunt.

2. Legendum esse *στεννγρῆς* non inepte suspicatus est Wolff, *Porph.* p. 80. Cf. § 4. Theodoret. *Graec. aff. cur.* X, 25, p. 250 R. : *Ἀριστόμαχος οὐ νενοηκὼς τὴν στενύγρην.* (Potius tamen scribendum fuit *στεννγρήν.* Cf. infra).

*τούτου δ' υἱὸς ὢν iob. τούτου υἱὸς a.*

*παρεγγυᾶς a. παρηγγύας iob.*

Oraculum cuius ob ambiguitatem Aristomachus deuictus erat et interfectus hic tantum legitur.

2-3. De oraculis autem Heraclidis redditis paulo plura sunt apud Apollodorum (II, 8, 2, 3 sq.). Nam primus Hyllus de inuadenda Peloponneso rogauerat. « *Ὁ δὲ θεὸς ἔφησε περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. νομίσας δὲ Ὕλλος τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον σὺν τῷ στρατῷ κατῄει.* » Occiso deinde Aristomacho, querenti Temeno responsum est (§ 6) « *τῶν ἀτυχημάτων αὐτοὺς αἰτίους εἶναι· τοὺς γὰρ χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν· λέγειν γὰρ οὐ γῆς ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον* (ad quod forsitan respexerit Oenomaus scribens : *ἐκ κακοδαιμόνων τρίτος*), *καὶ στεννγρὸν τὸν τὴν εὐρυγάστορα δεξιὰν κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἔχοντα τὴν θάλασσαν.* » (Wagner) (*καὶ στεννγρὰν* (*στενύστραν libri*) *τὴν εὐρυγάστορα δεξιὰν κατὰ τὸν Ἰ. ἔχοντι τὴν θ.* Heyne). Vt igitur Hyllo, ita Aristomacho ambiguum oraculum redditum est : ut immerito Wolff (*Porph.* p. 80) *καρπὸν τρίτον* et *στεννγρὴν ὁδόν* ad unum oraculum rettulerit. Sed Apol-

lodorus quoquo modo legendus est et explanandus, satis constat Pythiam Temeno respondisse στενυγρήν, id est angustam illam de qua dictum esset uiam, ad εὐρυγάστορα pertinuisse: qua uoce Pythia mare poetice signabat. Etenim angusto freto Corinthiacus sinus cum mari Ionio coniungitur; quod traiecturus erat Temenus, si quidem, ut infra docebitur, Naupacto profectus Rhium adpulsurus erat. Et dicit quidem Stephanus, Hesychio auctore, στένυγρον (nam ita scribit) idem significare atque εὐριπῶδες uel συριγγῶδες. (Cf. O. Mueller, *Die Dorier*, I, p. 57). Sed nescio an ad ipsam aquam ambigua uox pertinere potuerit. Nam στενυγρόν tantum ualere quantum στενόν recte monuit Saarmann (*Adn.*), Galeni auctoritate fretus (XVII, 1, 897. XVIII, 1, 411 Kuehn). At possumus ex ipsa Galeni sententia colligere et Ionici sermonis maxime proprium fuisse στενυγρόν, nec defuisse qui putarent quod scribendum uideretur στένυγρον e uocibus quae sunt στενός et ὑγρός constare: ut solita calliditate uates eorum tamquam ignorantiam arguerit, qui non intellexissent στενυγρόν de liquidis ponti faucibus dictum esse.

Ceterum quale fuerit responsum a Temeno auditum nescio an ne coniectura quidem assequi possimus. Verba enim τὴν εὐρυγάστορα hexametrum respuunt. Existimauit igitur O. Mueller (*Die Dorier*, I, p. 57) oraculum ad quod Apollodorus et Oenomaus respexissent et e tragoedia aliqua repetitum esse et iambis scriptum fuisse. Lobeck (*Aglaoph.* p. 852) hexametros duos effinxit, quibus ut εὐρυγάστορα contineretur sacrae poeseos libertati concessum esset, nisi libentius quis arbitraretur pro eo quod esset εὐρυγάστορα minus notum ἐριγάστορα, quod ab Hesychio affertur, prius scriptum fuisse. Censet denique G. Wolff (*Porph.* p. 80) oraculum soluta oratione traditum esse: non enim aliter Pythiam uicto Croeso antiquam suam uaticinationem explicare (Hdt. I, 91).

3. Sed Temenus, a deo monitus, mare transmittere parauit, ita tamen ut hostes crederent per Isthmum eum iter facturum esse. De qua simulatione his nos uerbis certiores facit Polyaenus (*Strat.* I, 9): « Τήμενος μετὰ τῶν ἄλλων Ἡρακλειδῶν εἰς τὸ Ῥίον περαιοῦσθαι βουλόμενος ἔπεμψε Λοκροὺς αὐτομόλους Πελο-

*ποννησίοις ἀγγέλλοντας ὅτι ναυλοχοῦσιν ἐν Ναυπάκτῳ τοῦ δοκεῖν ἐπὶ τὸ Ῥίον πλευσόμενοι, ὁρμὴ δέ ἐστιν αὐτοῖς χωρεῖν ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν. πιστεύσαντες οἱ Πελοποννήσιοι μετῆλθον ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν. οἱ δ' ἀμφὶ Τήμενον μεθ' ἡσυχίας τὸ Ῥίον κατέσχον.* »

Facilius iam de locorum nominibus coniectura fieri potest. Perspexerunt enim Seguier (I, p. 499) et Hoefer (Jahrb. f. Philol. CXLIII, p. 751) pro *Ναυάτου*, quod nihil esset, legendum esse *Ναυπάκτου*. Testantur enim praeter Polyaenum alii Naupacti Temenum classem constituisse. Cf. Strab. IX, 4, 7, p. 427. Paus. X, 38, 10. Apollod. II, 8, 2, 7. Et ipsum quidem nomen a structis ibi nauibus deducunt. *Τυπαίου* uero pro *τοῦ Ῥίου* scriptum esse e Polyaeni narratione colligitur. Non enim, ut contendit Seguier, qui legendum proposuit (p. 504) *Εὐπαλίου*, lectione illa recepta ita intellegenda sit sententia quasi medio freto castra fecerit : uerum ad maritimam Naupacti oram, Rhium aduersus, classem constituit : ita enim et, ut Oenomaus scribit, inter utrumque locum uersabatur, et Rhium promontorium adpulsurus erat : quod a Polyaeno ille fecisse traditur.

*καὶ διακοντίζει* (*δὴ ἀκοντίζει o*) *κάρνον ἱππότην φιλάνδρον τὸν αἰτωλόν αio* (om. *b*). Apollodorus autem : « *Τοῦτον* (sc. uatem ab Apolline legatum) *βαλὼν ἀκοντίῳ Ἱππότης ὁ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους τυχὼν ἀπέκτεινεν.* » (II, 8, 3, 2.) Pausanias : « *Τοῦτον τὸν Κάρνον ἀποκτείναντος Ἱππότου τοῦ Φύλαντος ἐνέπεσεν ἐς τὸ στρατόπεδον τοῖς Δωριεῦσι μήνιμα Ἀπόλλωνος.* » (III, 13, 4) Quem Carnum Acarnanem fuisse dicit. De Carno ab Hippota interfecto idem tradit Schol. Theocr. V, 83. Quare scribere non dubitaui *Ἱππότης*. Lectionem uero quae est *Φύλαντος* etsi in textum pro *Φιλάνδρου* recipere non ausus sum, probabilem existimo. (Cf. Seguier, p. 501. — Hoefer, Jahrb. f. Philol. CXLIII, p. 751.)

*εὖ .... ποιῶν*. Cur Oenomaus dicat recte eum fecisse nescio an ex his Apollodori uerbis intellegatur : « *Ἐφάνη αὐτοῖς μάντις χρησμοὺς λέγων καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι ἐπὶ λύμῃ τοῦ στρατοῦ πρὸς Πελοποννησίων ἀπεσταλμένον.* » (II, 8, 3, 1.)

*νόσος πλησία libri. πλήθει* Saarmann (*De Oen.*, p. 28) recte. Cf. § 6 : *εἰς τὸ πλῆθος*.

Morbum exercitui immissum acceptamque cladem etiam Apol-

lodorus commemorat : nisi quod Aristodemum tradit fulmine tactum esse. De cuius morte alii alia referunt. Cf. Paus. III, 1, 6. II, 18, 7. Hdt. VI, 52.

*καὶ τὸ ὑπὲρ ........ λέγον.* Haec uerba minime hunc in locum conueniunt, cum ad alterum tantum oraculum pertinere possint. Forsitan ab insequenti sententia huc transposita sint : qua tamen ratione illum in locum reponi possint non uideo. Equidem censeo ab interpolatore adiecta ea esse.

4. Quibus sacrificiis Temenus deos propitios sibi reddiderit non docet Oenomaus. Scimus autem *Κάρνεια* quae dicebantur a Doris Carnei Apollinis in honorem quotannis celebrari solita esse. Quae post interfectum Carnum instituta esse tradit Pausanias (III, 13, 4). Quam saepe eiusmodi fabulis antiquarum religionum origines explicatae sint notum est. De Apolline Carneo u. Usener, Rh. M. LIII, p. 359 : « Der Gott, dem das berühmte Fest der Karneen im Spätsommer neun Tage lang gefeiert wurde, war ursprünglich niemand als Karnos selbst; erst nachträglich kann er zu *Ἀπόλλων Καρνεῖος* umgebildet sein. » — Ipsa oracula hic tantum leguntur.

*ἠπίστασο i. ἠπίστατο o. ἐπίστασαι a. — χρᾶις a. ἔχθρας io. — περιώρας a. περὶ ὥρας o. περιεώρας i.* (Totum locum om. *b.*) Quibus collatis perspexit Heikel (p. 100) imperfectum ubique scribendum esse.

5. *ἄνθρωπος libri.* *ἅνθρωπος* Gifford.

6. *ἐναποθανόντι aio.* *ἐπ᾽ ἀποθανόντι* Saarm. (*De Oen.*, p. 28), Guenther (*Genethl. Gotting.*, p. 18), Gifford.

7. *ἤννεν iob.* *ἐξήνυσε a.*
*ᾗς libri.* *ἧς* Gifford. Cf. 34, 2; 7; 17.

10. *τὸν εὐσεβῆ iob.* *τὸν προσφιλῆ a.*
*ἄκουε iob.* *ἄκουσον a.*

XXI. 1. *ἔοικας δὴ κ. τ. λ.* Respicit ad saepe celebratum oraculum quod Croeso datum erat (cf. 34, 2) : « *οἶδα δ᾽ ἐγὼ ψάμμου τ᾽ ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης,* | *καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ*

*φωνεῦντος ἀκούω. | ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης | ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν, | ᾗ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπιέσται.* » (Hdt. I, 47.) Verba autem ita detorquet a sensu ut quae sciat deus non pluris esse quam arenam significet.

*κρατερίνοιο ai. καρτερίνοιο ob.*

*καταφρονεῖν αὐτοῦ iob. κ. σεαυτοῦ a. κ. ἑαυτοῦ* Heikel, p. 101.

2. *ἀνερωτᾶν a. ἐρωτᾶν iob.*

*ποιεῖσθαι ὑπὲρ iob. π. περὶ a.*

Alterum oraculum ab Herodoto obliqua tantum oratione refertur, sed apud multos ipse uersus reperitur, quorum aetate remotissimus est Aristoteles (*Rhet.* III, 5. p. 1407 a).

3. *μέντοι εὖ aob. μέντοι εὖ ποιῶν i.*

*ἐκτραχηλίσαι iob. τραχηλίσαι a.*

*βουλεύσαιτο a. βουλεύσασθαι iob.*

*καθ' ἕνα τρόπον ἔστι νοεῖσθαι a. καθ' ἕνα τ. νοεῖσθαι iob.* Quam lectionem recte probauit Heikel (p. 101) quod obliqua esset oratio.

4. Designatur oraculum quod est apud Herodotum (I, 55) : « *ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται, | καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον | φεύγειν μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.* »

*μοῦσαν ai. μοῖραν o.* Quod retinendum censuit Ruhnken, *Timaei lex. uoc. Plat.* (1789), p. 55, quasi Oenomaus ad saepe celebratam illam *ἄτυφον μοῖραν* respexisset de qua dicit Socrates apud Platonem (*Phaedr.*, p. 230 A). Et uiro docto concedendum est alios ad illum locum respexisse. Cf. Philostr. *V. Apoll.* VI, 3, p. 107. Plut. *adu. Col.* 21, p. 1119 B. At quid hic sit *ἔκτυφος μοῖρα* non perspicitur : *μοῦσα* contra cum deo uate optime conuenit.

5. *σὺ κνηφίας ob. σοι κνηφίας ai.* Saarmann (*Adn.*) uocem *κνηφιᾷς* (quam ad *κνήφην* reducit) retinens uertit : « Quid tu (urticae in modum) homines pungere uel uellicare studes? » Quod quid ualeat equidem non perspicio. Meineke (Jahrb. f. kl. Philol. LXXXIX, p. 60) : *τὶ δὲ σὺ κνισιᾷς* = quo tu merito sacri-

ficiorum nidores expetis? Quo adicit : « Das Verbum *κνισιᾶν* ist gebildet wie *μαθητιᾶν*, *κλαυσιᾶν* u. andere Desiderativa derselben Art. Ich dächte die Emendation wäre so einleuchtend, dass man *κνισιᾶν* unbedenklich in die Lexica aufnehmen kann. » Heikel (p. 101) : *τί δέ σοι κνῖσαι;* Vera certe lectio uidetur a uoce *κνῖσα* deducenda esse, quae etiam alias apparet. Cf. V, 23, 6 : *ἆρα λοιβῆς καὶ κνίσης ἐμέμνητο ;*

6. *παρὰ τοῖς Πανέλλησι ai. παρ' Ἕλλησι ob.*

XXII. Non defuerunt qui e uerbis *τὴν ἐμπορίαν κ. τ. λ.* (§ 1) concluderent Oenomaum de comparanda merce oraculum interrogauisse. Cf. Bouché-Leclercq (*Div.* III, p. 254), cuius summa auctoritate permoueri tamen non potui. Nam merx illa quam reportauisse se dicit de ipso responso intellegenda est. Non autem de diuitiis, sed de sapientia uel uirtute deum rogauerat. Etenim oraculi obscura sane uerba cum ad Herculem, tum ad Hesiodi saepe celebratos uersus mentem illius reuocant. Hercules autem (cf. supr. p. 21) Cynicis praesertim cum uirtutis tum libertatis felicitatisque per patientiam animique et corporis contentionem partae exemplar uidebatur. Hesiodi uero hi sunt uersus : « *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν | ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν | καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται, | ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.* » (*O. et D.* 289 ss.) Qui uersus a philosophis saepe usurpabantur uirtutem non contentione solum animi sed etiam dolore interdum consequendam esse significantibus. (Cf. Lucian. *Hermot.* 2). Socrates certe eos saepe repetebat (Xen. *Mem.* II, 1, 20). Scribit etiam Cicero, ut de re nota : « Lepta suauissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore *τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα* et cetera. » (*Fam.* VI, 18, 5). Cynicis autem uel maxime peruulgati erant, ut ex hoc Luciani loco (*Necyom.* 4) apparet, qui non potest ad Cynicos non pertinere : « *ὁ δέ τις ἔμπαλιν (παρῄνει) πονεῖν τὰ πάντα καὶ μοχθεῖν καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν ῥυπῶντα καὶ αὐχμῶντα καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ἐπιρραψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη καὶ τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἀνάβασιν.* » Ipsa igitur sapientiae

praecepta, neglecta oraculorum obscuritate, Oenomaus agnoscere sibi uidetur; deum interroganti respondere confidit; quodque uerba quaedam cum iis quae ipsi in mente erant congruunt, contentus est. Immo uocabulorum non sensu sed sono ad Hesiodum reuocatur, si quidem *Τρηχῖνος* urbis nomine audito ad Hesiodi *τρηχὺν οἶμον* mens eius redit. Quare dicit : *Ἡσιόδειόν τινα ὀνειροπολῶν ἱδρῶτα διὰ τὴν Τρηχῖνα.*

Quaerit tamen Oenomaus fidesne deo tribuenda sit; comperit Callistratum mercatorem Ponticum quendam idem oraculum accepisse; indignatur. Et hoc aegre fert sane quod cum alio sibi id communicandum est quod proprium ipsius esse crediderat, multo magis autem quod oraculum illud, quod ad uirtutem tantum pertinere sperabat, alii homini de diuitiis consulenti iam ante datum erat : hanc enim uim habent uerba *ὡς τῆς ἀρετῆς ὑπ᾽ αὐτου ἀποστερούμενος* (§ 4) ut sibi uideatur a Callistrato uirtute illa quod sibi praemium fore sperabat spoliatus esse.

Sed hoc ipsum quod ei promissum erat Callistratus iste non impetrauerat: non erat locuples factus, locupletem tantum se futurum sperabat. Valeat igitur Hercules iste, qui non iam uirtutis auctor sit, ualeat oraculum cum bonis in futurum semper tempus remotis: quae cupiat licet et exspectet eorum turba qui de rebus uilibus uel turpibus quaerentes idem responsum impetrant omnes. (cf. § 6.)

1. *διηνεκέσιν a. διηνεκέσσιν i. διηνεκέεσσιν o. διηνεκές* Holsten.

2. *καὶ τοῦ Ἡρακληΐου κήπου θάλλοντος.* Haec uerba quid sententiae addant equidem non perspicio. Forsitan subditicia sint, quia librarium offenderit quod non de Hercule, uerum de horto diceret oraculum. Probabilius tamen coniecisse mihi uidetur Guenther (*Genethl. Gotting.*, p. 19) : « *εἶτ᾽ ἐγὼ ἀκούσας ὁ βάκηλος τοῦ Ἡρακληΐου κήπου θάλλοντος, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐφυσήθην, καὶ Ἡσιόδειον κ. τ. λ.* » De Trachine Herculis urbe cf. VI, 7, 34.

4. *ὅμως δυσφορῶν aiob. δυσφορῶν ὅμως* Heikel, p. 101. Gifford.

5. *ἐξ ἴσου ἐμοὶ i.* *ἐξισούμενος a.* *ὡς ἐγὼ ob.*

6. *τοῦ χρησμοῦ ἐφαίνετο ai.* *ἐφαίνετο τ. χρ. ob.* Vox *τοῦ χρησμοῦ* ad hoc ipsum oraculum pertinet quod Oenomaus acceperat: hoc est illi non iam cum Callistrato tantum, sed cum rogantium quouis commune bonum et uile. Et conuenit quidem cum omni hominum condicione. Similiter enim Apuleius (*Met.*, IX, 8) Magnae Matris sacerdotes narrat, uersu eodem omnibus edito, omnibus spem eandem adipiscendi quae cupiant inicere solere. « Sors, inquit, haec erat : Ideo coniuncti terram proscindunt boues Vt in futurum laeta germinent sata. »

*ἑκάστῳ γὰρ κ. τ. λ.* Nisi haec Eusebii neglegentia mutilata sunt, infinitum aut ad *ἐφαίνετο*, aut ad uerba *τοῦ χρησμοῦ*, quasi obliqua oratione enuntietur quid consulentes oraculo sibi promitti confisi sint, referendum est. Maxima certe libertate Oenomaus in componendis sententiis utitur.

*ὧν ἐπιθυμεῖ ob.* *ὡς ἐπιθυμεῖ ai.*

7. *ἐπισυνάπτει aob.* *ἐπισυνάπτει ἑξῆς i.*

XXIII. 1. *ξηναγήσοντος i.* *ξεναγήσαντος ob.* *ξεναγωγήσοντος a.*

Rursus de sapientia Oenomaus tamquam de comparanda merce dicit: ad quam adipiscendam quaerit quem ducem adhibere possit. Etenim illis praesertim temporibus philosophia mysteriis similis habebatur, quam non facile quis adire posset quin a uiro in secreta sacra iam altius progresso initiaretur. Ita apud Lucianum (*Hermot.* 24) Lycino senex quidam occurrit seque eum ad ciuitatem quae sit uirtutis sedes ducturum esse pollicetur. Talis hominis inueniendi perutile nunc fore Oenomao uidetur si deus index adhiberi possit.

2. Sed etiam obscuriora quam ante respondendo deus Oenomao indignandi, criticis uero edendarum coniecturarum locupletem praebuit materiam. Habent enim libri mss.: *ἐναγοῖσιν a* (sed infra: *ἐν δὲ τοῖσιν*) *ἐν σε τοῖσιν iob.* *εὐπελέσιν i.* *εὐπελέεσιν ob.* *εὐπελευσιν a.* (*εὐπελέσσιν* Heikel, p. 101). *Ἀχαιοῖς aiob.* *οὐδέ*

*μιν σκομφύξεται i.* *οὐδέ μην σκομφίζεται o.* *οὐδέ μην σκομφύζεται b.* *οὐδὲ μικρὸν ἕξεται a* (quam falsam correctionem esse perspexit Heikel, p. 101). Quid ab Oenomao scriptum sit, aut quid omnino oraculum ualeat, nescio. Nec speraui, si hunc locum sanare uellem, felicius me assecuturum quod doctissimi uiri frustra tentauissent (Cf. Wolff, *Porph.*, p. 82 sq. — Heikel, p. 101 sq. — Seguier I, p. 509). Quorum nonnulli probauerunt quod pro *εὐπελέσσιν* legendum proposuerat Holsten (ad Porph. *uit. Plot.*, c. 26): *εὐμελέσσιν*. « Nam, inquit ille, si statuarius aut pictor rogasset de magistro ubi artem recte addisceret, non male in ista uerba respondisset, quippe cum artifices istiusmodi corporis maxime concinna quaerant, quae fingendo uel pingendo imitentur. » At fictores uel pictores homines pulchris membris praeditos sane quaerunt quorum imaginem informent : sed cui umquam in mentem uenit ut eiusmodi uirtutes in pingendi magistro desideraret? Est autem remouenda omnis inter uocabulum ab oraculo usurpatum, quoquo modo legendum est, et *ἀγαλματοποιούς* uel *ζωγράφους* conexio : sed Oenomaus, planius ostendendi gratia quam parum quaestioni conuenerit oraculum, absurde dicit deum *ἐν δὲ τοῖσιν εὐπελέσσιν* responsurum fuisse si ipse non iam de sapientia, uerum de fingendi uel pingendi arte discenda quaesiuisset. Vt autem fictoris uel pictoris, ita quouis alio exemplo uti potuit. Non enim sensit Holsten quaestionem hanc esse *ἆρά μοι ἤρκει κ. τ. λ.* Ceterum multo magis imitandus est Buresch, qui simpliciter se hos uersus non intellegere fatetur (*Klaros*, p. 61). De quibus corrigendis hoc tantum animaduerterim. Qui conati sunt hunc locum emendare obscuritatem omnem remouere studuerunt. Caueant tamen ne nimia diligentia dei calliditatem irritam faciant. Nonne enim sensus abesse debet ab oraculo quod ita excogitatum erat ut cuiuis quaestioni responderet, delirantis tamen esse Oenomao uisum est?

3. *διανοῆσαι a.* *εἰδέναι iob.*
*ὅπου αιob.* *ὅποι* scripsi.

Alterum oraculum quid sibi uelit nescio an nemo aperire possit : quod ipse Oenomaus indignans significat. Huius oraculi al-

tero uersu habent libri: *ἐνάριζε βουλαῖσιν ob. ἐνάριζε βουλέσιν ai.* Pro *ἐνάριζε* coniecerunt *ἐναρίζειν* Jostin (*Works* II, 357 Lond. 1810, ap. Saarm. *Adn.*), *ἐναρίζει* Saarmann, Gifford, *ἠνάριζε* Heikel, p. 102. Qui etiam propter metrum scribendum censet *βουλαῖς*. Facilius tamen post uerba *ἱείς* et *ἠνάριζε* (uel *ἐναρίζει*) dici potuit *βολαῖσιν*. Nec in oraculis uersus si quis claudicat statim corrigendus est. Vt enim in prouerbiis uel cantilenis nostris, ita ueterum in oraculis uersus interdum inerant non legitime facti. Cf. Porph. ap. Euseb. *P. E.* IV, 7, 1 (= Theodoret. *Gr. aff. cur.* X, p. 248, 3 R. = Wolff, *Porph.*, p. 109) : « *τοὺς θεοὺς διαμαρτύρομαι ὡς οὐδὲν οὔτε προσιέθεικα οὔτε ἀφεῖλον τῶν χρησθέντων νοημάτων, εἰ μὴ....... τὸ μέτρον ἐλλεῖπον ἀνεπλήρωσα.* » Plut. *de Pyth. orac.* 5, p. 396 D: « *τοὺς πολλοὺς τῶν χρησμῶν ὁρῶμεν καὶ τοῖς μέτροις καὶ τοῖς ὀνόμασι πλημμελείας καὶ φαυλότητος ἀναπεπλησμένους.* » (Cf. 396 C, 397 D.) Cf. Diels, *Sibyll. Blätter*, p. 60 ss.; *ibid.* p. 60, n. 2 : « Es ist misslich in dieser heiligen Poesie zu emendiren. »

XXIV. 1. *Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα κ. τ. λ.* Ad Croesi casum, ut sensit Saarmann, uidentur haec spectare. Cf. 21, 5 : *εἰ δ' οὐχ ὑπὸ ἀγνοίας κ. τ. λ.* Nam si consulto deus Croesum in perniciem adduxerat, malitia eius, non iam ignorantia incusanda erat. Athenienses igitur, inquit Oenomaus, quibus bene uolebat, quem ad modum adiuuerit uideamus. Quae si sunt ita, recte arbitratus est Saarmann rerum ordinem ab Eusebio disturbatum esse, cum ille narrationem de Clarii Apollinis oraculis hoc in loco poneret. Quod etiam uerbis confirmatur quibus ad antiquas historias se iam reuerti monet (*ὥρα συνιδεῖν αὖθις ἄνωθεν*: 23, 4).

Oraculum Atheniensibus datum, quod a multis relatum est, primum apud Herodotum (VII, 140) apparet.

*πόλιν φύγετ' a. φεύγετε iob. — μένει aiob. μενεῖ* scripsi propter insequentia futura. — *ἐρείψει uulgo. ἔρριψε aiob.* — *κατερείψει uulgo. καταρίψει a. καταρρίψει ib. καταρείψει o.* — *ῥεούμενοι* Hdt. *l. l.* *ῥεόμενοι aiob.*

*ἱδρῶτι ῥεούμενοι.* Cf. Schol. ad Apoll. Rhod. IV, 1282 : « *ὅταν*

*μέλλῃ τι συμβαίνειν χαλεπὸν, εἴωθε τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν.* » Quod hic de templis dici plerisque uisum est (cf. Stein ad Hdt. *l. l.*). Nescio tamen an *οἱ ἑστήκασι* de deorum simulacris intellegi possit.

2. *οὐ γὰρ οὕτως ἐθάρρεις a. σὺ γὰρ οὕτως ἐ. iob.* Vtrumque sensu caret. Gifford, quamquam scripsit *οὐ γὰρ*, notis tamen et translatione significauit lectionem *σὺ γὰρ* potiorem sibi uideri. Ita enim uertit : « Is there perchance anything prophetic in it? — Yes, surely, some one will say, for you had so much confidence in him yourself. » Quo adicit (t. IV, p. 192) : « for you had such confidence in him as to consult him yourself. » At uox *αὐτῷ* ad id tantum responsum quod Atheniensibus datum erat pertinet. Velim scribere liceat : *σὺ γὰρ οὕτω* (i. e. priore tantum responso exhibito) *καθαιρεῖς αὐτό* (sc. *τὸ μαντικόν*), quod apte cum sensu conueniat, cumque uerbis insequentibus *εἰ δὲ προσθείης κ. τ. λ.* optime congruat.

*γνωσθήσεται* om. *a.*

Oraculum Herodotus (VII, 141) diuersis tamen pluribus uersibus refert.

*προαναλισκομένων ob. προσαναλισκομένων a. προαναλισμένων i. προαναλισκομένων* a metro abhorret, siue librario uitium imputandum est, siue Oenomaus uersum memoria elapsum ut potuit rettulit.

*τελέθειν ai. τελέειν ob.*

4. *οἰμώζεις aiob. οἰμώξεις* coni. Guenther (*Genethl. Gott.* p. 20). *Οἰμώζειν* per iocum a Cynicis pro usitata uoce *χαίρειν* usurpari solebat. Cf. Lucian. *Dial. M.* 1, 2; 21, 2. Ps. Diog. *Ep.* 28 : « *Διογένης ὁ κύων τοῖς καλουμένοις Ἕλλησιν οἰμώζειν.* »

5. *ἢ μὴ aio. εἰ μὴ* scripsi.

*οὐκέτ' ᾔδεις ao. οὐκ ᾔδεις i.*

*ὅτι τὰ τέκνα...... καὶ τὰ πολέμια.* Cf. Lucian. *Iup. trag.* 20 : « *καὶ Πέρσαι γὰρ, οἶμαι, καὶ Ἕλληνες τέκνα γυναικῶν ἦσαν.* »

6. *ἡ γάρ τοι Σαλαμὶς κ. τ. λ.* Themistocles enim Atheniensibus de ultima oraculi sententia dubiis praedicarat « *εἰ ἐς Ἀθηναίους*

*εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλὰ ὧδε· ὦ σχετλίη Σαλαμίς, ἀντὶ τοῦ· ὦ θείη Σαλαμίς, εἴπέρ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν· ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους.* » (Hdt. VII, 143.) Cf. Plut. *Them.* 10. At Oenomaus, ut uictoriae, inquit, ita luctus significandi causa Salamis *θείη* dici potuit.

7. *οὐδὲ ἡ τραγῳδία κ. τ. λ.* Cf. Plut. *Them.* 10 : « *ἔνθα δὴ Θεμιστοκλῆς ἀπορῶν τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς προσάγεσθαι τὸ πλῆθος, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ μηχανὴν ἄρας, σημεῖα δαιμόνια καὶ χρησμοὺς ἐπῆγεν αὐτοῖς.* »

8. *εἰ μετὰ ναρθήκων aiob.* <*οὐδ'*> *εἰ μ. ν.* Guenther (*Genethl. Gott.*, p. 20). Dicit enim Oenomaus non diuinatione ad hoc praedicendum opus fuisse (cf. 23, 7: *καὶ δίχα χρησμοῦ*), sed facile quemuis praesentire potuisse omnia a tanta armatorum multitudine euersum iri, quam contra ne ita quidem fortasse si nullis praeter ferulas armis instructa esset resisti potuisset. Nam si significare uoluisset ita tantum oraculum falsum futurum fuisse, si ferulis armati ingressi essent, uocem quae tantum ualeret quantum « quamquam », non « *ὁπότε* » (i. e. quoniam) usurpasset. Gifford : « though », quod cum *ὁπότε* non conuenit.

*φεύγειν κ. τ. λ.* Vltimus est uersus oraculi quod Croeso datum esse tradit Herodotus (I, 55). (Cf. adn. ad c. 21, 4.)

*κακόν io. καλόν a* (om. *b*).

9. *ὁ γοῦν ἐπιλυσάμενος.* Themistoclem nempe dicit, qui Atheniensibus persuasit classem dictam esse ligneum murum. (Hdt. VII, 143. Plut. *Them.* 10.)

*ἐγίνετο ai. ἐγένετο o.*

12. *ἢ εἰ μὴ iob. εἰ δὲ μὴ a.*

XXV. 1. *κελεύσῃς a. κελεύῃς i. κελεύεις ob.*

2. Quattuor his uersibus incipit oraculum quod totum exstat apud Herodotum (VII, 220) (u. 3 *πέρθεται — Ἡρακλέους*).

*βασιλῇ o.* *βασιλῆα aib.*

*οὖρον iob.* *εὖρον a.* Est apud Herodotum *οὖρος*. Sed cf. Stein ad h. l. : « *Λακεδαίμονος οὖρος*, nach dem homerischen *οὖρος Ἀχαιῶν*, näml. *Σπάρτη*. Falls nicht *οὖρον* zu lesen ist. »

3. *ὡς μὴ δὶς κ. τ. λ.* Nam illa iam quae sunt de ligneo muro *συμβούλευμα*, non *μάντευμα* esse dixerat (24, 8).

4. *κριθομαντεῖα.* Fuisse scimus qui hordeo ad edicendas sortes uterentur. (Cf. Bouché-Leclercq, *Div.* T. I, p. 182). Et simili ratione scribit Alexandrinus Clemens (ap. Euseb. *P. E.* II, 3, 4): « *στῆσον ὁμοῦ παρὰ τὸν Πύθιον ἄγων τοὺς ἀλευρομάντεις καὶ κριθομάντεις καὶ τοὺς εἰσέτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους.* »

*ἐγγαστριμύθους.* Plut. *Def. orac.*, p. 414 E: « *εὔηθες γάρ ἐστι καὶ παιδικὸν κομιδῇ τὸ οἴεσθαι τὸν θεὸν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους, Εὐρυκλέας πάλαι νυνὶ δὲ Πύθωνας προσαγορευομένους, ἐνδυόμενον εἰς τὰ σώματα τῶν προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι, τοῖς ἐκείνων στόμασι καὶ φωναῖς χρώμενον ὀργάνοις.* » Cf. Aristoph. *Vesp.* 1019 cum schol.

5. *αἱ γαλαῖ κ. τ. λ.*: quibus futura portendi credebantur. Cf. Theophr. XVI (*de Superstit.*)

*παραπαίσματα ai.* *παραπταίσματα o.* (om. *b.*)

XXVI. 1. *στρατεύσαντος iob.* *στρατεύοντος a.*

2. Hdt. I, 174: « *Ἰσθμὸν δὲ μὴ κ. τ. λ.* » *Δέ* hic reponatur non necesse est, cum plures uersus Oenomaus obtruncatos rettulerit. « Hoc est omnium oraculorum iambicis editorum antiquissimum. Subditum esse iudicauerunt W. Wachsmuth eumque secutus Hendess, quem conferas *Or. gr.* p. 14-15. Etsi ego quidem diiudicare non audeo, tamen illis hoc unum obiciam, cur non ipsum Herodotum inusitatum metrum offenderit? » Saarmann, *Adn.*

*ὀρύξασι ai.* *διορύξασι ob.*

*ἔπαυσας, ὡς.... ἐπαγγέλλῃ.*] *ὡς δὲ μὴ aiob.* Scripsit Dindorf: « *ἔπαυσας· ὡς δὲ μὴ κελεύων..... ἐπαγγέλλῃ κ. τ. λ.*, » quasi signi-

ficaretur : « Tamquam deterrens . . . . promittis. » At contra cauerat deus ne Cnidiis salutem pollicitus esse uideretur. Coniunctiuus autem est *ἐπαγγέλλῃ*, ad quem *ὡς μή* referendum est. Quare scripsi *ἔπαυσας, ὡς δὴ μὴ κ. τ. λ.* (Cf. 28,7 *τὴν δὴ πεφύλαχθε*, pro eo quod habent libri *τὴν δὲ π.*)

3. *ἀνατρέπειν* « Vide... quam acute Oenomaus uerbo *ἀνατρέπειν* usus sit. Nam eo ipso quod deus eos *ἀπέτρεψεν*, res etiam eorum *ἀνέτρεψεν*. » Saarm. *Adn.* Heikel (p. 102) : « pro *ἀνατρέπειν* ponendum est *ἀποτρέπειν*. »

5. *εἴτε τῶν πονηρῶν δαιμόνων*. Eusebii sententiam haec uerba exprimunt, Oenomai insequentia : *εἴτε τῶν τὰ μαντεῖα κ. τ. λ.*
*μαντεῖα io*. *μαντικὰ a*. (om. *b*.)

XXVII. 1. *τὰ τοιαῦτα* uidetur ad antecedentia, quae quidem hic desunt, pertinere. Nam *οὔτε τούτοις* (§ 1, infra) de Cnidiis dici non potest, quibus non *ὡς ἔτυχε* sed prudenter deus responderat. Nunc de iis oraculis dicitur quibus quod temere reddita sint aucta sit populis inter se discordia. Cui leuitati sapientiam opponit, quae quod et omnia perpensa et rerum inter se nexum longius prospectum habeat, non patiatur diuinationem insana uaticinari.
*τῶν πάντων ...... τὰ πείσματα*. Cf. VI, 7, 20 : *ταῦτα.... ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως*.
Oraculum Lacedaemoniis de superandis Messeniis datum referunt etiam Diodorus (VIII, 13, 2) et Pausanias (IV, 12, 1). Habent u. 3 : *τέχναισιν ἁλώσεται*.
*λαός uulgo*. *ἄλλο a*. *ἄλλος iob*.

2. *λείπεσθαι i*. *λιπεσθαι a*. *ἀπολείπεσθαι ob*.

3. *οἱ δέ γε εἰ a*. *εἰ δέ γε οἱ iob*.
*οὕτως ἦσαν νόμοις aob*. *ἦσαν νόμοις οὕτω i*.

4. Pausanias oraculum idem iambico metro scriptum tradit (IV, 9, 4). Cuius nescio an antiquiorem formam Oenomaus referat, cum oraculorum plurima et uetustiora quidem omnia

heroïcis uersibus formata sint. Ceterum genuina sint annon quaerere omitto, cum res ipsae fabulosae omnino et confictae sint. Cf. Hendess, *Or. gr.*, p. 12. Censet W. Wachsmuth iambos a Pausania relatos e tragoedia quadam quae inscripta fuerit *Aristodemus* excerptos esse. Cf. Wolff, *Porph.*, p. 73. — Ad oraculum iambis editum respicere uidetur Diodorus (VIII, 6, 2) : « *ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως· ἐκ τοῦ Αἰπυτιδῶν γένους θῦσαι κόρην τὴν τυχοῦσαν* (nescio an scribendum sit *λαχοῦσαν*)· *ἐὰν δὲ ἡ λαχοῦσα ἀδυνατῇ καθοσιωθῆναι, θῦσαι τότε παρθένον τὴν τοῦ διδόντος ἑκουσίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. καὶ ταῦτα πράξαντες ἕξετε νίκην τοῦ πολέμου καὶ κράτος.* » Proxima autem sententia indicat Pausaniam oraculum non integrum rettulisse. Hoc oraculum Messeniis prius datum esse quam Lacedaemoniis alterum Pausanias docet (IV, 9, 4; 12, 1).

5. *τὰ γὰρ παρευρήματα κ. τ. λ.* Nam Aristodemus, qui Aepyti sanguine ortus erat, filiam suam immolandum obtulerat. Quam cum uir quidam grauidam se fecisse profiteretur, ut non iam patris, sed ipsius esset, ira incensus Aristodemus filiam occidit : quam deinde non grauidam fuisse certior factus est. « *Παρὼν δὲ Ἐπήβολος (ὁ μάντις) ἐκέλευεν ἄλλον τινὰ τὴν θυγατέρα ἐπιδώσοντα γενέσθαι· τῆς γὰρ τοῦ Ἀριστοδήμου πλέον εἶναί σφισιν ἀποθανούσης οὐδέν· φονεῦσαι γὰρ τὸν πατέρα αὐτήν, θεοῖς δέ, οἷς ἡ Πυθία προσέταξεν, οὐ θῦσαι. τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ μάντεως, τὸ πλῆθος τῶν Μεσσηνίων ὥρμησεν ἀποκτενοῦντες τὸν μνηστῆρα τῆς παιδός, ὡς Ἀριστοδήμῳ τε μίασμα εἰκαῖον προσάψαντα καί σφισι τῆς σωτηρίας τὴν ἐλπίδα ἀμφίβολον πεποιηκότα.* » Postea uero, cum Aepyti de gente suae quisque filiae timeret, sibi persuaserunt *σφίσιν ἀποχρᾶν τὰ ὑπὸ Ἀριστοδήμου πεποιημένα.* (Paus. IV, 9.) At poterat tamen deus excusare Messenios diis non satisfecisse. Qualem excusationem Oenomaus accipere se negat.

*ταράττειν.* Sententiam uidetur Eusebius obtruncasse.

8. Oraculum Diodorus seruauit (VII, 14, 1). Sunt autem hi apud eum extremi uersus : « *ἥκεις δ' εὐνομίαν αἰτεύμενος· αὐτὰρ ἔγωγε | δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίων πόλις ἕξει.* » Plutarchus ipsum oraculum non rettulit, scripsit tantum (*Lyc.* 5) : « *Ἐπανῆλθε τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμὸν κομίζων, ᾧ θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν*

*ἡ Πυθία προσεῖπε καὶ θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον, εὐνομίας δὲ χρήζοντι διδόναι καὶ καταινεῖν ἔφη τὸν θεὸν ἣ πολὺ κρατίστη τῶν ἄλλων ἔσται πολιτειῶν.* » Herodotus quattuor uersus exhibet quibus oraculum incipit, atque haec adicit : « *οἳ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι.* » (I, 65.) Cf. Stein ad h. l.

*εὐνομίαν iob. εὐνομίην a* (cf. adn. ad 28, 1).

XXVIII. 1. *Τυρταῖον iob*, quod non intellegitur. *Τυρταίου a*. Quae lectio potius recipienda est quam quod Vigerus scribendum proposuit, *Λυκοῦργον*. Tyrtaeus enim cum *Εὐνομίαν* componeret, ad oracula respexerat quorum auctoritate Lacedaemoniorum ciuitas constituta erat. Quamquam Tyrtaeus ad eorum sententiam se addixerat qui Theopompum et Polydorum reges post ciuiles dissensiones regendae ciuitatis instituta ferebant accepisse. De illis enim Plutarchus (*Lyc.* 6) testatur Tyrtaeum cecinisse (cf. Bergk-Hiller, *Anthol. lyr.*[4], p. 24, fr. 2). At uix credetur Tyrtaeum de legibus a Lycurgo latis tacuisse.

*ἐκ κοίλης Λακεδαίμονος*. Hic ut saepe Oenomaus oraculum quale memoria tenuerat suae ipsius orationi inseruit, partem tantum eius totidem uerbis pedibusque rettulit. Et cogitabat quidem, ut uidetur, de oraculo quo Lycurgus *ἐκ κοίλης Λακεδαίμονος* uenisse dicebatur. Quem uersum Saarmann (*De Oen.*, p. 25) ita restituit : *ἥκεις, ὦ Λυκόεργε, λιπὼν Λακεδαίμονα κοίλην*. Nescio tamen an uersus aut is aut similis numquam traditus sit. Non enim desunt oracula quae uidetur Oenomaus deficiente memoria mutasse. (Cf. V, 24, 1. 2.) Sed, ut recte notauit Saarmann, Eusebius oraculum quale rettulit non apud Oenomaum repererat, siue aliunde exscripsit, siue uulgatae eius formae meminerat. Erat enim illud, ut ipse dicit, *βοώμενον*. Cf. Plut. *Lyc.* 5 : *τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμόν*.

*ἢ θεὸν a. εἰ θ. ob. εἰς θ. i.*

*εὐνομίαν iob. εὐνομίην a.* (*εὐνομίαν* Diod.). Oraculum referens (§ 2) Oenomaus scripsit *εὐνομίην*. Facile tamen hoc loco, ut supra Eusebius, atticam dialectum usurpare potuit. Cf. VI, 7, 38 : *ἀτασθαλίῃσι — ἀτασθαλίαις*.

*αἰτήσων iob.* *μαντεύσων a.*

2. *ὑπὸ τῆς θεοῦ φωνῆς i.* *τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ φωνῆς* (om. *ὑπὸ*) *aob.* *ὑπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ θ. φ.* scripsi.

*εὐνομίην iob.* *εὐνομίαν a.* — *διζήμενος ob.* *διζόμενος i.* *μαντεύσων a.*

3. *ἕως ἂν ob.* *ὡς ἂν ai.* — *ὑποσχέσεις aiob.* corr. Viger.

Hi uersus non alias exstant. Censuit eos Rohde (*Psyche* I², p. 146) propter *Μενέλαν τε καὶ ἄλλους ἀθανάτους ἥρωας* aetati Herodoto recentiori ascribendos esse. Quorum primos ut potui uerti; corruptos tamen esse existimo. Nam *καὶ δίκας* a metro abhorret. Quod ostendimus in uersibus ab oraculo profectis non raro accidisse : at hi poetae alicuius uidentur esse. Possit tamen hoc certe uitium sanari si scribatur : *κἀλλήλοισι δίκας τε καὶ ἀλλοδαποῖσι διδῶτε.* Sed sensus praeterea aliud quid postulat : nam *δίκας διδόναι* tantum fere ualet quantum soluere poenas. — *Ἀκροστιχίδα* hanc esse, qua primis cuiusque uersus litteris formaretur *Ἑκάταο*, notauit Diels, *Sibyll. Blätter*, p. 36.

4. Per cauillationem dicit Oenomaus libenter aliquem ad talia audienda non solum Delphos iter facturum fuisse, sed etiam ad Hyperboreos, apud quos Apollinem saepe uersari solitum esse notum est. Dicebantur autem Apollinis sacra ab Hyperboreis Delum portata esse. Et fabula quidem erat de Hyperboreis Delum receptis (Hdt. IV, 32 ss. Cf. Paus. I, 31, 2). Ad quam uidetur uersus, ex oraculo aliquo exscriptus, respicere : qui hic tantum apparet. Asteria autem, Coei filia, cum Iouis amorem aspernaretur, sub perdicis (*ὄρτυγος*) forma fugiens in mare cecidit, ubi insula facta est, quae prius Ortygia uel Asteria, postea uero Delos uocata est. (Cf. Apollod. I, 4, 1.)

5. *οὐδὲ σὺν θώκω io.* *οὐδὲ σὺν θώκωι a* (om. *b*.). Quod utique corrigendum est. Habet Dindorf : *οὐδὲ σύνθωκος*. Coniecit Saarmann (*De Oen.*, p. 29) : *οὐδ' ἐν συνθώκῳ. Σύνθωκος* autem tantum fere ualet quantum consessor. Sed est apud Pollucem 9, 46 : « ... *συσσίτια, συμπόσια .... θῶκοι, καὶ ὡς Σώφρων φησὶ σύνθωκοι.* » Vt etiam ad consessum pertinere possit. Nec uidetur

alio modo intellegi posse *τοῦ αὐτοῦ συνθώκου* (§ 6). Non enim raro Oenomaus uerba inusitatiore paulo sensu usurpat. Quare scribere non dubitaui *οὐδ' ἐν συνθώκῳ*. Ceterum cf. Heikel, p. 100.

*πλείω io* (om. *b*). *καλλίω a*.

6. *ἔτι φήσω iob*. *οὐκέτι φήσω* Viger. Dindorf. At nihil mutandum erat. Nam, inquit, ut ad prius, ita ad hoc consilium excogitandum non diuina sapientia, sed humana prudentia opus erat. Quare flagitet etiam atque etiam Lycurgus, si forte consilium aliquod aperiatur diuinum. Et hanc quidem rem fuisse per Diodorum (VII, 14, 2) cognouimus : « *Ὁ αὐτός*, inquit, *ἠρώτησε τὴν Πυθίαν ποῖα νόμιμα καταστήσας μάλιστ' ἂν ὠφελήσαι τοὺς Σπαρτιάτας. τῆς δ' εἰπούσης ἐὰν τοὺς μὲν καλῶς ἡγεῖσθαι, τοὺς δὲ πειθαρχεῖν νομοθετήσῃ, πάλιν ἠρώτησε τί ποιοῦντες καλῶς ἡγήσονται καὶ τί πειθαρχήσουσιν. ἡ δ' ἀνεῖλε τοῦτον τὸν χρησμόν· Εἰσὶν ὁδοὶ δύο κ. τ. λ.* » (Idem est oraculum, nisi quod scripsit u. 4 *ἐρατῆς θ' ὁμονοίας*; u. 7 *πεφύλαξο*.)

7. *φευκτόν iob*, Diodor. *φυκτόν a*. Quod ut et minus usitatum et epici sermonis proprium retinendum arbitror.

*ἡγεῖσθε*, quod est apud Diodorum, facile restituitur. *ἡγεῖσθαι aiob*.

*δὲ πεφυλάχθαι aiob*. Versum restituit Saarmann (*De Oen.*, p. 30) e Diodoro, apud quem legitur : *εἰσαφικάνουσιν, τὴν δὴ πεφύλαξο μάλιστα*.

8. *ὁμόφρονας a*. *ὁμοφρονεῖς b*. *ὁμοφρόνων o*. *ὁμοφρονεῖν i*.

9. *δάφνης ἐμφαγόντων*. Cf. Tib. II, 5, 63. Iuuen. VII, 19.

XXIX. Exempla haec sunt aliqua earum rerum quas saepissime oracula rogabant. Cf. Legrand, *Quo animo Graeci diuinationem.... adhibuerint*, p. 18 sqq.

Vt hic, ita c. 30 uidetur Eusebius Oenomai uerba non integra exscripsisse ; sunt enim haec et illa aduersariis quam rebus in librum digestis similiora.

1. *κυανοχαίτου aio*. *κοιανοχαίτου b*. *κυανοχαίτην* Viger. [?]

2. Eetion respicitur, de quo haec Herodotus (V, 92) refert. Amphioni, uiro e gente Bacchiadarum orto, quibus nullum nisi inter se conubium erat, filia erat altero pede clauda, nomine Labda. (Cf. *Etym. Mag.*, p. 199, ap. Stein Hdt. l. l. n. 5 : *Βλαισός· ὁ τοὺς πόδας ἐπὶ τὰ ἔξω διεστραμμένος, καὶ τῷ Λ στοιχείῳ ἐοικώς· διὰ τοῦτο καὶ Λάμβδα ἐκαλεῖτο ἡ γυνὴ μὲν Ἠετίωνος.*) « *Ταύτην*, pergit Herodotus, *Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι, ἴσχει Ἠετίων ὁ Ἐχεκράτεος, δήμου μὲν ἐὼν ἐκ Πέτρης, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθης τε καὶ Καινείδης. ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς οὐδ' ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγίνοντο. ἐστάλη ὦν ἐς Δελφοὺς περὶ γόνου. ἐσιόντα δὲ αὐτὸν ἰθέως ἡ Πυθίη προσαγορεύει τοῖσιδε τοῖσι ἔπεσι· Ἠετίων, οὔτις σε τίει πολύτιτον ἐόντα· | Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον· ἐν δὲ πεσεῖται | ἀνδράσι μουνάρχοισι, δικαιώσει δὲ Κόρινθον.* » (Cf. *Anth. Pal.* XIV, 86.) Ludit oraculum in Eetionis nomine, quasi dicatur *Ηε-τίων*, uoxque *ὀλοοίτροχον* ad Petram, e quo loco ortus erat, referenda est. Etenim aliud oraculum Eetion impetrauit, quod sic incipiebat : *Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα.* Eetion autem dorice erat Aetion.

3. Ignotum hoc est oraculum; cuius generis plurima fuerunt, cum nullae sine deo coloniae proficiscerentur. Cf. Heinze, *Vergils epische Technik* (Lpz. 1903), p. 83 s.

4. *περὶ δὲ κενῆς δόξης.* Non quo de hac re consultum esset : sed ab hominibus gloriam uanam appetentibus deus interrogatus erat. Cf. Callim. *Epigr.* 25, 6 (*A. P.* V, 6). Theocr. XIV, 49 : « *ἄμμες δ' οὔτε λόγῳ τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί, | δύστηνοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.* » Quos in uersus hoc est *σχόλιον*: « *ἱστορεῖ γὰρ Δεινίας ὅτι οἱ Μεγαρεῖς φρονηματισθέντες ποτὲ ὅτι κράτιστοι τῶν Ἑλλήνων εἰσὶν, ἐπύθοντο τοῦ θεοῦ τίνες κρείττονες τυγχάνοιεν. ὁ δὲ ἔφη· γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,* ................. *Ἀρεθούσης· | ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι | οὔτε δυωδέκατοι οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.* » Cf. Hendess, *Or. gr.*, p. 93. Non illepide deus Megarensium uanitatem deriserat : qua de causa nescio an factum sit ut extremos uersus Oenomaus omitteret. Videtur Plato (*Hipp. mai.*, p. 288 B) hoc oraculum significare : « *θήλεια δ' ἵππος..... ἣν καὶ ὁ θεὸς ἐν τῷ χρησμῷ ἐπήνεσε.* » Quo loco Herwerden cum scriberet

*ἠλεία*, putauit secundo oraculi uersu scriptum fuisse: *ἵπποι δ' ἠλεῖοι*. At *θήλεια* recta est lectio. Totum enim locum perlegentem fugere non potest de femina equa rem esse. Cf. 288 A: *παρθένος*.

*Πελασγικὸν Ἄργος* praebet etiam Theodoretus (X, 35; p. 252, 19 R.)

6. *πότερα γαμήσοι iob.* *πότερον γαμήσει a.*

*ὅτι μετανοήσει ἀμφότερα*. Cf. Diog. L. II, 33.

*ποιήσειν aiob.* *ποιεῖν* coni. Heikel (p. 102). *ποιήσειν* enim uidetur propter futura quae praecedunt scriptum esse.

7. *αὐτὸν βουλεύεσθαι.*] *αὐτὸν* om. *ob.* *βουλεύεσθαι io.* *βούλεσθαι ab.*

Sententiae et hae et similes earum sunt quae a Graecis *χρεῖαι* nuncupatae sunt. De quibus cf. G. von Wartensleben, *Begriff der griech. Chreia.*

*καὶ οὐχ ὁπότε....... ἰών.* Obtruncata haec uidentur esse. Nullo certe modo ad sequentia pertinent.

XXX. 1. Hoc oraculum Athenaeus (1, 41, 22 E) exhibet, quod dicit Chamaeleontem (libro uidelicet *περὶ μέθης*) rettulisse. Legitur apud eum *ἰητρῷ*, quod non necesse est etiam hic scribatur. *ἰατρῷ aiob.*

2. Fama erat Erginum, Clymeni Presbonis filii filium, ab Hercule interfectum esse cum in Thebas impetum faceret (Apollod. II, 4, 11). Ab aliis autem tradebatur eum, re bello perdita, de recuperando patrimonio ita anxium fuisse ut seni demum de procreandis liberis in mentem ueniret. De qua re cum quaesisset hoc oraculum accepit, quod etiam Pausanias tradit (IX, 37, 4) (u. 2: *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν*). Hoc oraculum significans, ut uidetur, Plutarchus scripsit: « ...*τὸ τῆς Πυθίας· ὄψ' ἦλθες.* » (*An seni* 1, p. 784 B.)

*κορώνην*. Pollux 1, 252: *τὸ δὲ μετὰ τὸν γύην, ἱστοβοεύς. τὸ δὲ τέλος αὐτοῦ, τὸ μετὰ τὸν ζυγὸν, κορώνη.* Cf. Apoll. Rh. III, 1316 sq.: *μεσσηγὺ δ' ἀείρας | χάλκεον ἱστοβοῆα, θοῇ συνάρασσε κορώνῃ | ζεύγληθεν.*

XXXI. 1. *Ἀντιόχῳ* praue pro eo quod est *Ἀρχιλόχῳ* scriptum uidetur. (Quod et aliis accidit et Stephano Byzantino s. u. *Θάσος*.) Cf. VI, 7, 8. Theod., p. 252, l. 21 R : *Ἀρχίλοχον*. Versum propter metrum hanc in formam restituit Herwerden : *Ἀρχίλοχ' εἰς Θάσον ἐλθὲ καὶ οἴκε' εὔκλέα νῆσον*. (*Mnemos*., XIV, p. 44.)

2. *Δίου τε πολύρρον*. Dium promontorium Cretae erat. At Luebbert (*De Pindaro nomorum Terpandri imitatore*, Bonn. 1885, p. 15) Polyrrhon urbis nomen fuisse censet (cf. Mueller, *Die Dorier* I, p. 207, n. 5) et eius quidem quae alias Polyrrhenium uel Polyrrhenia uocatur (Suidas *Πολύρρηνον*). Nec difficilius putauerim *Πόλυρρον* quam *Δῖον* ad locum pertinuisse. Quamquam dubito num Polyrrhenum (Polyrrhenium, Polyrrhenia) idem fuerit atque Polyrrhon, adeo diuersa est utriusque nominis origo. — Oraculum solus Oenomaus seruauit.

3. *λῆρον a*. *ὄλβον iob*.

2-3. Multis oraculis praeceptum est ut lustrationes rite celebrarentur. (Cf. Rohde, *Psyche* II [2], p. 69 sq.) Quae in insula Creta antiquitus factae erant. Etenim Apollo post necatum Pythonem ab aliis dicebatur Tempe, ab aliis Tarrhae per Carmanora purificatus esse. (Plut. *Def. orac*. 15, p. 418 B. Paus. II, 7, 7; 30, 3. Cf. Rohde, *Psyche* II [2], p. 96). Epimenides autem et Phaesto ortus erat, et, siue futura aperuit (Cic. *Diu*. I, 18, 34. Plat. *Leg*. I, p. 642 D), siue deorum tantum uoluntatem interpretatus est (Aristt. *Rhet*. III, 17 p. 1418 A. Cf. Rohde, *Ps*. II[2], p. 97, n. 2), saepe ab aliqua peste laborantibus accersitus lustrationum auctor fuit : quales Athenis post interfectos Cylonis amicos fieri iussit (Strab. X, 4, 14, c. 479. Paus. I, 14, 4. Aristt. *Rp. Ath*. 1. De Epimenide cf. Bouché-Leclercq, *Div*. II, p. 99 sq.). Propterea *Ἐπιμενίδειοι* dicuntur *καθαρμοί* : Orphici uero propter multas Orphicorum purificationes.

XXXII. 1. Charilaum Lycurgi nepotem cum Archelao regnasse tradit Plutarchus (*Lyc*. 5). Ceterum quibus temporibus hoc oraculum editum sit, quod hic tantum exstat, ignoratur. — Simile oraculum Fabio Pictori datum refert Liuius XXIII, 11.

*τούτῳ σοι αὐτῷ ai. αὐτῷ σοι ob.*

2. *τὸν Ἀρχίλοχον κ. τ. λ.* « Lacedaemonii libros Archilochi e ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. » Val. Max. VI, 3, *Ext.* 1.
<*ἂν*> om. *aiob.*

*εἰσέτι δὲ καὶ νῦν.* Dicit haec Eusebius, et suam quidem aetatem significans. Ergo diutius etiam Euripidis tragoediae actae sunt quam ex inscriptionibus, quas *BCH* 17 (1893), p. 15 editas habet, suspicatus est V. Bérard : « Par la mention des jeux Soteria de Delphes, ces textes se placent après le 3e siècle. Il est assez intéressant de voir qu'à cette époque les tragédies d'Euripide sont encore en faveur auprès du public. »

*ἐπὶ τῆς θυμέλης.* « Während *θυμέλη* und *θυμελικός* bis in die letzte Zeit des Griechentums für die Bezeichnung des Orchestra-Altars und der an ihr abgehaltenen musischen Aufführungen üblich bleibt, findet sich daneben seit der Kaiserzeit *θυμέλη* in der Bedeutung Bühne verwendet, so dass Theaterdichter oder Schauspieler als *οἱ ἀπὸ τῆς θυμέλης* bezeichnet werden. (Plut. *Alex.* 67. Luc. *Salt.* 76). » Dörpfeld und Reisch, *Das gr. Theater*, p. 279 sq.

XXXIII. 1. Oraculum integrum *Anthol. Pal.* XIV, 113 (cf. Hendess, *Or. gr.* 58) seruatum est : « *Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος, ὦ Τελεσίκλεις, | ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποισιν, ὃς ἂν πρῶτός σε προσείπῃ | νηὸς σῆς ἀποβάντα φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.*

*παῖς i. κοῦρος παῖς aob. — ἀνθρώποις a. ἀνοισιν i. οὐνοισιν o. οὐνιοισιν b.*

3. « *τῷ Ὁμήρῳ ἔφη· ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐπιγενομένην τυφλότητα, τὸ δὲ διὰ τὴν ποίησιν, ἣν κατὰ πάντα εὖ ἔχειν ὑπέλαβε.* » (Theodoret. *Gr. aff. cur.* X, p. 252, 25 R.) Versus qui hic et infra (§ 15) repetuntur uno oraculo continebantur.

4. Nulla est inter uerba *αὐτὸν οὐ χρὴ..... ἀλεγίζειν* et insequentem sententiam conexio. *Αὐτόν* ad Homerum, *ὦ θεέ* ad Apollinem pertinet.

6. *τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι.* Neobulam significat Lycambae filiam.

*ἅψασθαι τῶν κιναίδων.* Quod quo carmine Archilochus fecerit non nouimus: nisi forte Sabaei illi uel Sapaei significantur de quibus infra (§ 13) dicitur. Ceterum nescio an uocem *ἅψασθαι* ancipiti sensu Oenomaus usurparit : placebant enim Cynicis huiuscemodi ioca, qui amphibolias summis in deliciis habuerunt. Cf. Wachsmuth, *Sill.*², p. 50. 71.

*ἐπειδὴ..... πονηρότεροί εἰσιν* per cauillationem dictum est.

8-9. Duo oracula a Pythio Apolline in eum edita sunt qui Archilochum interfecerat, ut docet Prusaensis Dio (*Or.* XXXIII, 12; T. I, p. 300 Arnim): « *Τὸν μέν γε ἀποκτείναντα αὐτὸν* (sc. *τὸν Ἀρχίλοχον*) *ὁ Ἀπόλλων ἐξελαύνων ἐκ τοῦ νεὼ Μουσῶν* [*αὐτὸν*] *ἀνεῖπε θεράποντα ἀνῃρηκέναι. καὶ τὸ δεύτερον, ὡς ἀπελογεῖτο ἐν πολέμῳ λέγων ἀποκτεῖναι, πάλιν Μουσῶν θεράποντα ἔφη τὸν Ἀρχίλοχον.* » Cuius oraculi haec sunt apud Galenum (*Protr.* IX, p. 23 K) uerba: « *Μουσάων θεράποντα κατέκτανες· ἔξιθι νηοῦ.* » De aliis etiam poetis idem fere oraculum tradebatur. Cf. Aelian. *V. H.* III, 43. 44.

9. Apud ceteros is qui Archilochum interfecit siue *Καλλώνδης* (Plut. *De sera num. uind.* 17, p. 560 E) siue *Καλώνδας* (Suidas s. u.) nominatur, cognomine apud utrosque *Κόραξ*.

10. *αὐτοῦ κλέος ὄρουσεν aio.* (om. *b.*) Corr. Viger., quem secutus est Mullach. Cf. § 2.

11. *ἐραστής aiob.* *ἐργάτης* Saarm. (*De Oen.*, p. 30), Guenther (*Genethl. Gott.*, p. 20), probabiliter.

13. Hunc locum ita nonnulli interpretati sunt quasi censeret Oenomaus aetatis suae hominibus non iam licere saturas in aequales tragoediasue de personis mythicis scribere. Quod per se absurdum esset : quis illos uetaret ? Nam patet pluraliter dictos *Σαβαίους καὶ Λυκάμβας* personas esse Sabaeorum et Lycambae similes. Praeterea *οὐ δὴ οὐκ εἰσί* tantum ualet quantum non desunt; uox uero *ἐνστῆναι πρός* idem est atque obstare

ne. Et magnam uim habet γε, qua particula hoc fere significatur : ut hac aetate non iam sint Sabaei (uel Sapaei) et Lycambae, de personis certe mythicis fabulae praesto sunt adhuc quas tragice tractemus. Non enim quaerit Oenomaus quomodo, cum iam uersus facere non possit, eandem atque Archilochus uel Euripides apud deos gratiam consequatur : sed cum etiamnunc facile sit saturas tragoediasque scribere, interrogat quid illorum operibus tam praeclarum insit quo diis placuerint, ut isdem ipse uirtutibus praemia eadem mereat. Quare dicit ne heroas quidem illos a componendis carminibus abstenturos fuisse si modo nossent hac se ratione caelo dignos fieri posse. Cf. quae supra p. 22 de Oenomai tragoediis diximus.

*Σαβαῖοι*. Censet Gifford (t. IV, p. 199) scribendum esse *Σαπαῖοι*. Paus. VII, 10, 6 : « *Σαπαίων δὲ τούτων καὶ Ἀρχίλοχος ἐν ἰαμβείῳ μνήμην ἔσχε.* » Strab. XII, 3, 20, c. 549 : « .... *Σάιοι, παρ' οἷς φησιν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι· « Ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο* (*ἀσπίδι... ἀγάλλεται* Bergk-Hiller, *Anth. lyr.*[4], p. 3 fr. 5) *τὴν παρὰ θάμνῳ | ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.* » *οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι Σαπαῖοι νῦν ὀνομάζονται.* »

*διασκευάσαι iob. διασκεδάσαι a.*

*ἐπὶ<τὸ> τὰ κρείττονα* Gifford. *ἐπὶ τὰ κρείττονα aiob.*

14. *χρῆσθαι aiob. χρήσασθαι* coni. M. Bonnet.

*πυκτῶν aio. πεκτῶν b. ποιητῶν* coni. Viger.

15. Aliqui hic uersus exhibentur eius oraculi cuius alii § 3 exscripti sunt. Totum oraculum *Anth. Palat.* XIV, 66 (cf. Hendess, *Or. gr.* 16) exstat. (Cf. Ps. Plut. *Vit. Hom.* I, 4.)

*γλώσσης γνῷς παίδων aiob.* — *μή, ἐπακούσας, ὕμνον* om. *aiob.* — *πολλοῖσι aiob. σκολιοῖσι* coni. M. Bonnet, e uersibus qui supra exhibiti sunt.

Etiam alios de Homeri patria uersus Pausanias (X, 24, 2) Delphis illius statuae subscriptos se legisse testatur. Nec mirandum quod plura de hoc oracula exstiterint, cum non Homerus solum de patria sua quaesisse ferretur, sed frequentes de eadem re consulerent : quorum in numero Hadrianus imperator fuit. (Cf. Wolff, *De ult. orac. aetate*, p. 5.) Patriam autem ipsam Cynici inter *ἀδιάφορα* uel *ἀλλότρια* ponebant.

17. *ἐνεβίω iob.* *ἐνεβίωσε a.*

*καὶ ἥτις αὐτὸν γῇ δέξεται ἀποθανόντα.* Id ipsum quaerere stultum erat. Cf. Telet. p. 21 Hense. Sen. *Dial.* IX, 14, 3. Pertritus hic erat locus.

XXXIV. 2. *ὦ εἰδὼς κ. τ. λ.* Cf. supr. 21, 1.

*τιμᾶθ' o.* *τιμα a.* *τιμᾶσθαι i.* *τιμᾶσθ' b.* Sed § 7 : *τιμᾶθ' aio.* *τιμᾶσθ' b.*

*λακτικῆς iob.* *λακτιστικῆς a.*

De oraculi ad Cleomedem pertinentis aetate cf. Rohde, *Psyche* I², p. 180 n. : « Die Verse jenes Orakels.... mögen recht alt sein, eben weil ihre Behauptung sich nicht bestätigt hat. Wenn Orakel, deren Inhalt eintrifft, mit Recht für später gemacht gelten als die Ereignisse, die sie angeblich voraussagen, so wird man billig solche Orakel, deren Verkündigungen durch Vorfälle späterer Zeit als unrichtig erwiesen werden, für älter als diese Vorfälle, die ihren Inhalt widerlegen, halten müssen. »

Cleomedes ille, de quo saepius dicitur, per Pausaniam VI, 9, 6 sq. notus est. (Cf. Plut. *Rom.* 28). Aduersario eius, quem propter uiolatum damnatus est, Iccus nomen erat (de quo cf. Aelian. *N. A.* VI, 1. *V. H.* XI, 3. — Plat. *Leg.* VIII, 839 E. *Prot.* 316 D. — Lucian. *de conscr. hist.* 35). Cleomedes autem post decretam multam Astypalaeam rediit : ibi cum diruto tecto pueros obruisset, Athenas confugit, ubi arca abditus persequentibus ciuibus subtractus est. Quibus de miraculo consulentibus responsum est id quod Oenomaus et Pausanias rettulerunt.

3. *ὥς σε καλεῖ Πλάτων.* *Rp.* IV, p. 427 C.

5. *εἰς ἱερὸν κιβώτιον.* Cf. Glotz, *L'ordalie dans la Grèce prim.* : « L'exposition dans le coffre est une des ordalies les plus usitées dans la mythologie grecque. On employait un coffre de forme rectangulaire et revêtu d'un couvercle. C'est ce qu'on appelait une *λάρναξ*.... Enfermer un être humain dans une *λάρναξ*, c'était le remettre vivant aux puissances de mort. L'abandonner ainsi sur mer, c'était charger les flots de le porter jusqu'au pays des trépassés ou de prouver son innocence en

l'épargnant. » (p. 16) « Capable, à lui seul, d'éprouver la légitimité des enfants, le coffre devient capable aussi d'éprouver l'innocence des grandes personnes, sans aller à la mer. » (p. 26.)

*ἐπαγαγόμενος io.* *ἐπαγόμενος a.* (om. *b.*)

8. Quae hic de calcitrante onagro iniciuntur per iocum ficta esse non dicerem nisi adnotauisset Seguier (t. I, p. 521) : « On voit qu'Œnomaus avait d'autres renseignements sur la fin de Cléomède que ceux que nous donnent Plutarque et Pausanias, puisqu'il rend compte de sa mort occasionnée par la ruade d'un âne sauvage. »

*παρεσκευασμένος aob.* *παρασκευασάμενος i.*

*ἀνασχέσθαι aob.* *ἀνέχεσθαι i.* Corruptus est locus, quamquam non obscura est sententia. Forsitan scribendum sit *καὶ ἀκούσας μὴ ἀνέξεται* (uel *ἀνασχήσεται*) *ἀλλ' ἀπειλήσει* (Viger. Saarmann). At uix fieri potuit ut *ἀνέξεται* uel *ἀνασχήσεται* in id quod est *ἀνασχέσθαι* mutaretur : nisi forte prius pro *ἀπειλήσει* praue scriptum fuerat *ἀπειλῆσαι.*

9. *Θάσιος πύκτης* Theagenes erat. (Cf. Lucian. *De conscr. hist.* 35) De quo uide Pausaniam (VI, 11).

11-12. Paus. VI, 11, 6 : « *Ὡς δὲ ἀπῆλθεν ἐξ ἀνθρώπων, ἀνήρ τις τῶν ἀπηχθημένων ζῶντι αὐτῷ παρεγίνετο ἀνὰ πᾶσαν νύκτα ἐπὶ τοῦ Θεαγένους τὴν εἰκόνα, καὶ ἐμαστίγου τὸν χαλκὸν ἅτε αὐτῷ Θεαγένει λυμαινόμενος. καὶ τὸν μὲν ὁ ἀνδριὰς ἐμπεσὼν ὕβρεως παύει, τοῦ ἀνθρώπου δὲ τοῦ ἀποθανόντος οἱ παῖδες τῇ εἰκόνι ἐπεξῆεσαν φόνον· καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσι τὴν εἰκόνα, ἐπακολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος, ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἐμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον.* » De Theagenis statua similia fere narrat Dio Chrysostomus (*Or.* XXXI, 95 sq.) — Vide etiam Quint. IV, 2, 100, de qua re cf. Huvelin, *Iniuria*, p. 425. — De Dracontis lege cf. Demosth. *Aristocr.* 76. Aesch. *Ctes.* 244. Dicit etiam de eiusmodi actionibus Fauorinus, [Dio. Pr.] *Or.* XXXVII, 20 s. (T. II, p. 22 A.)

13. *ἔδειξαν a.* *ἐδίδαξαν iob.* — *ἐξεδίδαξε iob.* *ἐδίδαξε a.*

*Δήμητραν ἀμήσεις aiob.* *Δημήτερ' ἀμήσεις* uel *Δήμητρ' ἀπαμήσεις* Meineke, Jahrb. f. Philol. LXXXIX, p. 59.

14. *φιλανθρώποις o.* *φιλ͡ανοις ib.* *ἀφιλανθρωποτάτοις a.*

*εἰ μὴ τῶν σοφῶν κ. τ. λ.* Tradunt Dio et Pausanias nouo oraculo, non hominis cuiusdam prudentia, Thasios de errore suo monitos esse. Non autem apud utrumque uerbis isdem constat. Cf. Dion. XXXI, 97 (I, p. 247 Arnim); Paus. VI, 11, 8.

*ἀνέθαλεν ai.* *ἀνέθαλλεν ob.*

15. *γαῖαν ἀρόσεις io.* *γὰρ ἀνάρρωσις a.* om. *b.* Meineke (Jahrb. f. Philol. LXXXIX, p. 60) : *γᾶν ἀναρώσεις* (pro *ἀναρρώσεις*). Dindorf : *γῆν ἀναρώσεις.* Gaisford : *γαῖαν ἀράσεις.* Quam futuri formam haud immerito Meineke a Graeco sermone alienam censet. Sed inuenitur *ἀρόσσω* (*Anth. Pal.* VII, 175) : ut hic usurpari potuerit *ἀρόσσεις.* Nescio tamen an nihil mutandum sit; nec putauerim in oraculo offendere debere *ἀρόσεις.*

16. *ἐπὶ τῇ πατρίδι εἰληφέναι δῶρα.* « In hoc sane honoris publici custodiendi studio Graecorum populi maxime irritabiles erant, si quis in publicis certaminibus uictor non patriae suae se ciuem, sed alius ciuitatis dixisset : eum patriae neglectum saepe graui poena ulti et persecuti sunt. » (Luebbert, *De Pind. et Hier. amicit.*, p. XX.)

*οἱ ἀλφιτοποιοί.* Plaut. *Capt.* 807 : « Pistores scrofipasci qui alunt furfuribus sues. »

17. *ἵν' ᾖ iob.* om. *a.* *ἵ. ᾖ* Gifford t. IV, 201. Recte quidem. Cf. 34, 2 : *ἵν' ἀπηθανάτους.* 34, 7 : *ἵν' ἐνόμιζες.*

XXXV. 1. Totum oraculum Herodotus tradit (V, 92). Versu 2 *Ἠετίδης* apud eum legitur (cf. *Anth. P.* XIV, 88. [Dio Chrys.] XXXVII, 5 = T. II, p. 18 Arnim) pro eo quod Oenomaus habet : *Αἰακίδης.* Nisi forte ipse scripserat *Ἠετίδης.*

Melanippus, Charitonis deliciae, cum in Phalarin Agrigentinorum tyrannum necem pararet, deprensus est Chariton, cum Phalarin ipse iam caesurus esset : in tormenta autem coniectus

adduci non potuit ut socios proderet. Melanippus autem facinoris illius certior factus aperte se coniurationis auctorem esse professus est. « *Θαυμάσας οὖν (ὁ Φάλαρις) ἀμφοτέρους ἀφῆκε τῆς τιμωρίας, προστάξας αὐθημερὸν ἀπελθεῖν μὴ μόνον τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως ἀλλὰ καὶ τῆς Σικελίας· συνεχώρησε δὲ αὐτοῖς τὰ ἴδια δίκαια καρποῦσθαι. τούτους ὕστερον ἡ Πυθία καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν ὕμνησε διὰ τούτων τῶν ἐπῶν· « θείας ἡγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος | εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ, » τοῦ θεοῦ τὸν ἔρωτα αὐτῶν θείαν ὀνομάσαντος φιλίαν.* » (Aelian. *V. H.* II, 4. Cf. Athen. XIII, 78, p. 602.) Cur autem in Gelensium ciuitatem Melanippus magna beneficia contulisse dicatur, cum tamen Phalaris Agrigenti regnauerit, non intellego: nisi forte Oenomaus de urbis nomine errauit. Cf. tamen Seguier t. I, p. 524. De ipso oraculo quod Oenomaus per iocum detorsit cf. infra, c. IV.

2. *ὁμότροπος ai. ὅμοιος ὁμοιότροπος bo.*

3. *διαλελυμένον.* Huiusmodi oracula antiquis iam temporibus tradebantur. Cf. Plut. *de Pyth. orac.* 19. 20.

*ἀναβολήν.* Cf. Athen. XIII, 78, p. 602 B. De eiusmodi indutiis a diis decretis cf. Rohde, *Psyche* II², p. 99 n.

XXXVI. 1. Oraculum hic tantum legitur. E codicum lectionibus (*διονύσοιο ai. διονυσσοιο o*) facile restitutum est *Διωνύσοιο.*

*θύουσι γὰρ κ. τ. λ.* Videtur librarii errore factum esse ut *φαλληνοῖς* iterum post « *χρυσέοις, καὶ οὐ μόνον* » scriptum sit. Locus certe corruptus est. Coniecit Saarmann (*Adn.*): « *οὐ μόνον φαλληνοῖς Διονύσοιο καρήνοις, ἀλλὰ καὶ..... χρυσέοις, καὶ οὐ μόνον αὐτοῖς τοῖς Διονύσοις* (*διονύσοις a. διονυσείοις io.*) *ἀλλὰ καὶ ἄλλοις κ. τ. λ.* » Quae lectio, etsi non certa, at felicissima tamen est quae quidem inuenta sit.

De uoce quae est *φαλληνός* ne ueterum quidem una erat sententia. Nam Theodoretus (*Gr. aff. cur.* X, 39, p. 253 R.) cum ad *φαλλόν*, ut uidetur, respiceret, his in deum inuectus est: « *καὶ οὐκ ἐρυθριᾷ τῶν θεῶν ὁ σοφώτατος, ὃν Φοῖβον οἱ ποιηταὶ προσωνόμαζον, ὡς δὴ ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, τοῦ Διονύσου τὸ ἀκροπόσθιον τιμᾶσθαι χρησμῳδήσας.* » At frustra indignatur. Pausanias

enim rem eandem commemorans (X, 19, 3) de imagine diuina refert : « *Ἁλιεῦσιν ἐν Μηθύμνῃ τὰ δίκτυα ἀνείλκυσεν ἐκ θαλάσσης πρόσωπον ἐλαίας ξύλου πεποιημένον· τοῦτο ἰδέαν παρείχετο φέρουσαν μέν τι ἐς τὸ θεῖον, ξένην δὲ καὶ ἐπὶ θεοῖς Ἑλληνικοῖς οὐ καθεστῶσαν.* » Et ipse dicit Oenomaus (§ 4) : « *ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμός.* » (Cf. S. Reinach, BCH 1883, p. 37-41, ubi inscriptionem, qua de eadem statua, *ἀγάλματος* nomine usurpato, dicitur, edit et explicat.) Nihil igitur obsceni uerbo inerat: uerum ad materiam referendum est, quod et cum insequentibus uerbis, quae materiam significant (*λιθίνοις κ. τ. λ.* § 1 ; *ἐλάινον κορμόν* § 3) et cum Pausania (*ἐλαίας ξύλου*) congruit. Non autem difficultas omnis semota est. Pausanias enim ita pergit : « *Ἤροντο οὖν οἱ Μηθυμναῖοι τὴν Πυθίαν ὅτου θεῶν ἢ καὶ ἡρώων ἐστὶν ἡ εἰκών· ἡ δὲ αὐτοὺς σέβεσθαι Διόνυσον κεφαλλῆνα ἐκέλευσε.* » Haec ad oraculum spectant quod apud Oenomaum exstat. Itaque acutissime Lobeck (*Aglaoph.*, p. 1086) Pausaniae uerba ita restituit : « *σέβεσθαι Διόνυσον Φαλλῆνα ἐκέλευσε,* » unde collegit Dionysum quendam fuisse *Φαλλῆνα* ad quem oraculum respiceret. Oenomai igitur loci hanc ueram lectionem esse contendit : « *Φαλλῆνος τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον. θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελετὰς ἄγουσιν οὐ μόνον Φαλλῆνος Διωνύσοιο καρήνοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς, οὐδὲ μόνον ἐλαΐνοις ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις.* » At locum ad arbitrium suum retrectat, quem uix credibile est tantopere disturbatum esse. Adice quod Oenomaus, ut iam diximus, de inerti imaginum materia cogitat ; quod uix factum esset si oraculo nullum uerbum inesset quod illi quidem uideretur ad materiam pertinere. Non tamen neglegendum est Pausaniae testimonium. Itaque obscura admodum res remanet. Videntur tamen Methymnaei Dionysum quendam *Φαλλῆνα* coluisse : ut suspicari liceat oraculi quod de ueteris illius religionis origine tradebatur hunc fuisse alterum uersum : « *Φαλλῆνος τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον.* » Cum autem non iam intellegeretur quid sibi uellet ille Phallen, ignoti nominis significatio ad sacri capitis materiam reuocari potuit, quod esset id *φαλληνόν*, id est, si quid et lexicis credere et ex Oenomao colligere licet, ligneum : ut oraculum ita acceptum sit tamquam de lignea imagine dixisset. Ita certe uidetur

ab Oenomao acceptum esse. Cum autem ut *φαλλήν* ita *φαλληνός* rarissimum esset uerbum, de cuius significatione, ut e Theodoreti explicatione suspicari possumus, inter ipsos Graecos ambigeretur, facile fieri potuit ut in oraculo *Φαλλῆνος* in *φαλληνόν* immutaretur, siue ipse Oenomaus, siue quis alius uersum a priore forma deflexit.

Ceterum Dionysus ille forsitan non alienus sit a Dionyso Pelagio, de quo u. Maass, Hermes XXIII, 1888, p. 70 ss.; Glotz, *L'ordalie*, p. 25. 53 s.

2. *τρὶς... μυρίοι κ. τ. λ.* Cf. Hes. *O. et D.* 252-3.
*ὕβριν καὶ εὐνομίην.* Cf. Hom. *Od.* XVII, 487.
*ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.* Cf. Hom. *Od.* VI, 42.

---

## (PRAEPARATIONIS EVANGELICAE L. VI.)

VII. 1. Fragmento huic, ut uidetur, initium deest, ut quae tota ratio fuerit coniectura tantum assequi possimus : nam futuri praesensio cum ea de causa exstare posse dicatur, quod omnia ita eueniant ut fatum semel decreuerit, necesse est etiam deus non propriae uoluntatis motu, sed *ὑπ' ἀνάγκης* uaticinetur. Quo progressus Oenomaus, relicta paulisper in Apollinem instituta accusatione, grauem se rem attigisse dicit, de qua operae pretium sit altius inquirere. Cf. I. Bruns, Rh. M. XLIV (1889), p. 382.

2. *ὀνομάζων i*, Theodoret. p. 151, 21 R. *ὀνομάζει ob.*
*ὁ μὲν δοῦλον.* Cic. *de Fato* 10, 22 : « Epicurus declinatione atomi uitari necessitatem fati putat.... Quam declinationem sine causa fieri si minus uerbis, re cogitur confiteri.... Hanc Epicurus rationem induxit ob eam rem, quod ueritus est ne, si semper atomus grauitate ferretur naturali ac necessaria, nihil liberum nobis esset, cum ita moueretur animus, ut atomorum motu cogeretur. Id Democritus, auctor atomorum, accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam a corporibus indiuiduis naturales motus auellere. » Cf. 17, 39.

*ἡμίδουλον*. « Weil Chrysippus wenigstens auf die Freiwilligkeit noch ein grosses Gewicht legte, sagt Oenomaus... von ihm, er mache den Willen zu einem *ἡμίδουλον*. » Zeller, *Phil. der Gr.* III, 1³, p. 166 n. 2. Cf. Cic. *de Fato* 17, 39 : « Ac mihi quidem uidetur, cum duae sententiae fuissent ueterum philosophorum, una eorum qui censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum uim necessitatis adferret......, altera eorum quibus uiderentur sine ullo fato esse animorum motus uoluntarii, Chrysippus tamquam arbiter honorarius medium ferire uoluisse, sed adplicat se ad eos potius qui necessitate motus animorum liberatos uolunt. » 18, 41 : « Chrysippus autem, cum et necessitatem improbaret et nihil uellet sine praepositis causis euenire, causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat et retineat fatum. « Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et prin-» cipales, aliae adiuuantes et proximae. Quam ob rem, cum » dicimus omnia fato fieri causis antecedentibus, non hoc intel-» legi uolumus : causis perfectis et principalibus, sed causis adiuuantibus et proximis. »..... Quae si ipsae non sunt in nostra potestate, non sequitur ut ne adpetitus quidem sit in nostra potestate. » 19, 43 : « Adsensio nostra erit in potestate. » Vocibus autem quae sunt adpetitus et adsensio *ὁρμήν* significat et *συγκατάθεσιν*. Cf. Chrys. fr. 974 sqq. Arnim. — Sen. *N. Q.* II, 38, 3 : « Dicam quemadmodum manente fato aliquid sit in hominis arbitrio. »

3. *ἄ̅νος ὢν ἀ͡νοὺς* i. (*ὅσον ἄν τις ἀξιώ͡ῃ, ἄνθρωπος ὤν, ἀνθρώπους* : Theodoret. VI, 8, p. 152 R.) *ἄ͡νος ὢν ἀνοῖς* ob. *ἀνθρωπίνοις* Dindorf, Gifford. *ἀνθρωπίνως μάχεσθαι* Mullach. *ἀνθρώπου* coni. M. Bonnet. Hic sensus uidetur esse : Horum sententiae eatenus ratio habenda est quatenus quis aestimauerit homo hominis sententiae rationem habendam esse.

4. Oraculum Argiui audierunt cum rogassent quid aduentante Persarum exercitu facerent. Exstat apud Herodotum (VII, 148. Cf. *Anth. Pal.* XIV, 94) qui tertium adicit uersum : *καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.*

6. Oraculum uidetur *περὶ ἀποικίας* datum esse. Carystus enim

conditor cognominis urbis esse ferebatur, ut Stephanus Byzantinus docet (s. u. *Κάρυστος*): « *Κάρυστος πόλις ὑπὸ τῇ Ὄχῃ ὄρει τῆς Εὐβοίας· ἀπὸ Καρύστου τοῦ Χείρωνος. Θεοδωρίδας Χειρωνίαν αὐτήν φησι κ. τ. λ.* »

*ἀγακλυτοῖο iob.*

7. *κτιῶ o. κατιῶ i.*

8. Steph. Byz. s. u. *Θάσος* : « *Ὅτι δὲ καὶ Ἀερία ἡ Θάσος δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου· Ἄγγειλον κ. τ. λ.* » Plin. *N. H.* IV, 73 : « Thasos olim Aeria uel Aethria dicta. »

9. *οὐκ οἶδ' οὖν κ. τ. λ.* Absurdum enim sit si deus ille, qui paulo ante cum Democrito et Chrysippo fecerit, hominum arbitrio permittat aliquid uel se res futuras uoluntate sua procurare contendat. Quem rursus iam aggressus Oenomaus ostendere conatur quas in difficultates incidant qui libertatem humanam tollant.

12. *οὐ γὰρ ἄλλο κ. τ. λ.* Cf. § 16: *οὐ γὰρ εἶναι πιστότερον μέτρον οὗ λέγω.*

13. *μήτε iob. μηδὲ* scripsi.

Alcmaeon, cum interfecta matre Eriphyla in Arcadiam profugisset, ibique propter praesentem parricidam fames orta esset, a Pythia iussus est ad Acheloum se amnem conferre. (Apollod. III, 7, 5). Dicebat enim illa « *οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων, πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται, ἥτις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο μηδὲ γῆ ἦν, ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης.* » (Thuc. II, 102, 5.) Huius oraculi nescio an initium Oenomaus referat : quod non alias exstat.

14. *ὅ τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο.* Addidit Vigerus : *οὐκ εἰδώς.*

*τὸν Οὖτιν.* Cf. Hom. *Od.* IX, 366.

*Ἀρκεσίλαον παρόντα — Ἐπίκουρον οὐ παρόντα.* Quantum enim suspicari possumus, Zeno et Epicurus eadem fere aetate, inter annos 342 et 270 ante Christum natum fuerunt (Zeller, *Phil. d. Gr.* III, 1 ³, p. 28; p. 263); quibus aetate paulo minor Arce-

silas circa annum 315 natus, circa a. 240 mortuus est (id. ibid. p. 491); Chrysippus uero ab anno fere 280 ad annum 206 uixit (id. ibid. p. 39). Non potuit igitur hic cum Epicuro disputare; potuit cum Arcesila, quo uiuo ad annum quadragesimum peruenit. Et scripsit quidem Laertius Diogenes (VII, 183): « *Τέλος δὲ (ὁ Χρύσιππος) Ἀρκεσιλάῳ καὶ Λακύδῃ.... παραγενομένοις ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεφιλοσόφησε.* » Cf. Arnim (Pauly Wissowa, *RE*, III, 2502).

15. <*τε*> addidit Heikel.

17. *τὰς πολλὰς ἐκείνας βίβλους.* Diog. L. VII, 180: « *Τὸν ἀριθμὸν ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν* (sc. *τὰ τοῦ Χρυσίππου συγγράμματα*). Diogenian. ap. Euseb. *P. E.* VI, 8, 14: « *Ἢ διὰ τί πλῆθος τοσοῦτον βιβλίων συνέγραψας, εἰ περὶ μηδενὸς εἶχον οἱ ἄνθρωποι δόξας διημαρτημένας;* »

18. <*ἢ*> addidit Saarmann (*Adn.*).
[*τῆς*] seclusit Heikel. *ἐκ τῶν σμικρῶν* Theod. p. 152, 10 R.

20. *προσεισήνεγκα* i. *προσήνεγκα* ceteri.
*οὐκ ἂν εἰδείης.*] *οὔπω ἔγνως* Theodoret. p. 152, 16 R.

22. Laii Oedipique exemplum a Chrysippo repetitum erat, cum diuinationem, quod et omnia fato regerentur et humanae tamen uoluntati aliquid relinqueretur, aliquam tamen esse defenderet. Cf. Chrys. fr. 94, 95, 122 Gercke (939, 941 Arnim).
*ὅ. ἀ. ἀποκτενεῖ ὁ φύς.* Oraculi haec sunt uerba quod Iocaste (Eur. *Phoen.* 17 sq.) Laio datum esse dicit: « *ὦ Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ, | μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ· | εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς, | καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.* » Quae uerba saepius hoc loco ab Oenomao repetuntur. Cf. § 25. § 30: *πᾶν δῶμα ἔβη δι' αἵματος.*

23. *εἱρμόν.* « *Ἡ εἱμαρμένη εἱρμός τις οὖσα αἰτιῶν ἀπαράβατος (οὕτω γὰρ αὐτὴν οἱ Στωικοὶ ὁρίζονται), τοῦτ' ἔστι τάξιν καὶ ἐπισύνδεσιν ἀπαράλλακτον.* » (Nemes. *de nat. hum.*, c. 37 = Chrys. fr. 42 Gercke = 918 Arnim) (Cf. Plut. *Plac. phil.* 1, 28). Quapropter dicit etiam Oenomaus (§ 26): « *πῶς ἄν... ὁ εἱρμὸς*

*συνδεῖν δύναιτο;* » Item Cicero *(Diu.* I, 55, 125) : « Fatum autem id appello quod Graeci *εἱμαρμένην*, id est ordinem seriemque causarum, cum causae causa nexa rem ex se gignat. »

*τῷ Εὐριπιδείῳ λόγῳ.* Non quo ipsa illa argumentatio ab Euripide instituatur : sed oraculum de Laii progenie, ut apud eum est edictum, Laium sui quidem iuris fuisse assumit, deum tamen ea praenosse potuisse quae liberos si procreasset euentura essent. Et aliud quidem de eadem re antiquius, ut uidetur, oraculum Aristophanes Byzantinus tradidit (Eurip. ed. Nauck II[3], p. 394) : « *Πολὺν ἤδη χρόνον*, inquit, *ὁ Λάϊος ἄπαις ὢν παραγίνεται εἰς Πυθίαν καὶ παίδων αἰτεῖ γονήν. καὶ ἀκούει τοιόνδε χρησμόν· Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς; | τέξεις μὲν φίλον υἱόν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται | παιδὸς ἑοῦ χείρεσσι λιπεῖν βίον· ὣς γὰρ ἔνευσε | Ζεὺς Κρονίδης Πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας, | οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν· ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα.* » Euripideum autem oraculum et maiorem profecto apud Graecos notitiam consecuturum erat, et huic disputationi aptum erat, cum alterum futura tantum praediceret, nihil hominis arbitrio relinqueret.

24. *ἐθελῆσαι.* Cf. Orig. *c. Cels.* II, 20 (Chrys. fr. 957 Arnim). *καὶ τοῦτο ἐκπεφευγέναι τὴν Ἀπολλωνίαν ὄψιν.* Aliter Alex. Aphrod. *de Fato* 31, p. 201, 32 (Chrys. fr. 941 Arnim = 94 Gercke). « *Φασί......* <*οὐχ*> (add. Usener) *οὕτως αὐτὸν* (sc. *τὸν Πύθιον*) *χρῆσαι ὡς οὐκ εἰδότα ὅτι μὴ πεισθήσεται* (*παντὸς γὰρ μᾶλλον ᾔδει*), *ἀλλ' ὅτι μηδὲν μὲν αὐτοῦ τοιοῦτον χρήσαντος οὐδὲν ἔμελλεν τῶν κατὰ τὴν περιπέτειαν τὴν περὶ τὸν Λάϊόν τε καὶ τὸν Οἰδίπουν γενομένων γίνεσθαι.* » Cf. Chalcidium *ad Tim.* c. 160 (Chrys. fr. 943 Arnim) : « Aiunt (sc. Stoici Chrysippum secuti) : si deus cuncta ex initio scit, antequam fiant, nec sola caelestia..... sed illas etiam nostras cogitationes et uoluntates, scit quoque dubiam illam naturam tenetque et praeterita et praesentia et futura, et hoc ex initio, nec potest falli deus : omnia certe ex initio disposita atque decreta sunt, tam ea quae in nostra potestate posita esse dicuntur quam fortuita nec non subiecta casibus. » Etenim ne ipsas quidem cogitationes et uoluntates nostras, quod natura nobis insitae essent, sine causis fieri Chrysippus

docuerat. Quare scribit Nemesius *(de nat. hom.* c. 35, p. 258) (Chrys. fr. 991, 41 Arnim) : « *Εἰ γὰρ τὴν ὁρμὴν ἐφ᾽ ἡμῖν τάττουσιν, ὅτι φύσει ταύτην ἔχομεν, τί κωλύει καὶ ἐπὶ τῷ πυρὶ λέγειν εἶναι τὸ καίειν, ἐπειδὴ φύσει καίει τὸ πῦρ;* » Cf. Cic. ap. Gell. *N. A.* VII, 2, 15 : « Chrysippus aestuans laboransque, quonam <pacto> explicet et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo. » August. *C. D.* V, 9 (p. 205. 207 Dombart.)

*ἀποθανεῖν i. αὐτὸν ἀποθανεῖν ob.*

26. *πῶς ἂν ῃ libri. πῶς ἂν εἴη* Dindorf, Heikel, Gifford.

27. *αὖ κύριος libri mss.* Gifford. *αὐτοῦ κύριος* Viger., quem omnes fere secuti sunt.

*τὴν... ἀράν.* Cf. Eurip. *Phoen.* 66 : « *ζῶν δ᾽ ἔστ᾽ ἐν οἴκοις. πρὸς δὲ τῆς τύχης νοσῶν | ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας.* »

28. *προτέρων i. πρότερον* ceteri. « *Μὴ προτέρων αἰτιῶν γιγνομένων* » non uertendum est : « nisi priores causae fuissent. » Illae enim si fuissent, potuisset etiam deus, cognitis futurorum causis, futura praesentire. Contendit autem tota hac disputatione Oenomaus libero animantium arbitrio nouas semper causas fieri quae omnem futuri praesensionem auferant. Nam quod *μή* usurpauit ubi *οὐ* exspectes, id non semel et ab ipso et ab aequalibus eius factum est. — Cf. Cic. *de Fato* 14, 33 : « (Negat Carneades) de Oedipode potuisse Apollinem praedicere, nullis in rerum natura causis praepositis, cur ab eo patrem interfici necesse esset. »

*παρὰ μέρος.* Cf. Eurip. *Phoen.* 71 sq.

*εἰ ἐλθὼν i. εἰσελθὼν* ceteri.

29. *ἀσύνετα κ. τ. λ.* Eurip. *Phoen.* 570.

30. *εἶθ᾽ ἥλιος κ. τ. λ.* id. ibid. 546-7.

31. *τὸ δρᾶμα.* Quod schema nescio an Oenomaus a Chrysippo sumpserit. Cf. Alex. Aphrod. *de Fato* 31, p. 201, 32 Bruns (Chrys. fr. 941, 32 Arnim) : « *Ὅπως οὖν πάντα ταῦτα σωθῇ καὶ πληρωθῇ τὸ τῆς εἱμαρμένης δρᾶμα, φαντασίαν ὁ θεὸς διὰ τοῦ*

*χρησμοῦ τῷ Λαΐῳ παρέσχεν ὡς δυναμένῳ φυλάξασθαι τὰ λεγόμενα.* »

32. *διακοπτικῆς io. διακοπῆς ceteri.*

33. *ἐφ' ὅσον ἂν* uulgo. *ἐφ' ὅσον ἐὰν libri.*

34. <*τις*> inseruit Heikel. *παραιρήσει* medium esse censet Gifford t. IV, p. 211.

*ὁρμήν*. Non temere hanc uocem Oenomaus iocandi causa elegit: nam et Stoicorum maxime propria erat, et saepius debuit a Chrysippo de fato et necessitate disputante usurpari, cum *ὁρμήν* (cf. Cic. *de Fato* 18, 41 : adpetitus) nostra in potestate non esse negaret. Cf. Alex. Aphrod. *de Fato* c. 13, p. 181, 13 Bruns (= Chrys. fr. 979 Arnim).

35. Oraculum apud unum Oenomaum exstat. Quod aut cui aut quibus temporibus datum sit ignoramus. Nec plura de oraculis §§ 38, 42 exscriptis comperta habemus.

*ἄτας i.* Cf. § 37 : *ταῖς ὑμετέραις ἄταις. ἄλλας* ceteri.

37. *ἔσται.... κἂν σὺ σιωπᾷς.* Haec est ignaua illa ratio quae dicitur uel *ἀργὸς λόγος*. Quem Chrysippus refellere conatus erat cum doceret quaedam in rebus simplicia, quaedam copulata esse et confatalia (*συγκαθειμάρθαι* : Eus. *P. E.* VI, 8, 26). « Simplex est : « Morietur illo die Socrates » ; huic, siue quid fecerit siue non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum erit : « Nascetur Oedipus Laio », non poterit dici « siue fuerit Laius cum muliere siue non fuerit » ; copulata enim res est et confatalis. » (Cic. *de Fato* 13, 30). Cf. Orig. *c. Cels.* II, 20 (Chrys. fr. 957 Arnim). Diogenian. ap. Euseb. *P. E.* VI, 8, 26 sq.

38. *ἀτασθαλίαις i. ἀτασθαλίῃσι ob.* (in uersu).

*ἀλλ' οὐ.... ἀτασθαλίαις* om. *i.*

41. *ὃν σὺ πολλὰ.... ἐβλασφήμησας.* « *Πρὸς τὸν Ἐπίκουρον μάλιστα μάχεται* (sc. Chrysippus) ». (Plut. *De repugn. St.* 38, p. 1051 E = Chrys. fr. 1 Gercke.) Cf. *De comm. not.* 32, p. 1075 E = fr. 2 Gercke.

36—42. Cf. Diogenian. ap. Euseb. *P. E.* VI, 8, 38. — Cic. *de Fato* 17, 40 : « Efficitur ut nec laudationes iustae sint, nec uituperationes, nec honores, nec supplicia. » Hoc autem ipso argumento freti Stoici contendebant arbitrio nostro aliquid permissum esse. Itaque ita pergit Cicero : « Quod cum uitiosum sit, probabiliter concludi putant non omnia fato fieri quaecumque fiant. » — Cf. Gell. *N. A.* VII, 2, 4 sqq.

# IV

# DE LIBRO IN ORACVLA CONSCRIPTO

## 1. DE OENOMAI PHILOSOPHIA

Tota huc Cynica redibat disciplina ut uniuersa humanae uitae ratio non ad opinionem et mores, sed ad ipsam naturam reuocaretur. Fuit hoc Oenomao cum reliquis eiusdem sectae commune; hinc pendet quicquid de singulis rebus et sensit et professus est.

Diogenes enim illud *γνῶθι σαυτόν* ita usurpare solebat ut suam quisque naturam bene exploratam haberet neque ullam aut expeteret aut omnino esse existimaret praeter quam natura doceret felicitatem. E paucis quae supersunt suspicari licet eandem Oenomai fuisse de bono et malo sententiam. Ea certe pro bonis habuit quae non extra nos sed intra uersarentur, ut testatus est cum Socratis hoc consilium laudaret : « *Ἑτέρου δὲ ἀποδημεῖν ἐγνωκότος διὰ τὸ κακῶς ἔχειν αὐτὸν οἴκοι οὐκ ἔφη ὀρθῶς αὐτὸν βουλεύεσθαι· τὴν μὲν γὰρ πατρίδα αὐτόθι ἀπολιπὼν ἄπεισι, τὴν δὲ ἀμαθίαν μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἄγων, ἥτις αὐτὸν καὶ τοῖς ἐκεῖ δυσαρεστεῖν ποιήσει καθάπερ καὶ τοῖς ἐνθάδε.* » (V, 29, 7.) Quae enim extra potestatem remota sunt bona ducenda sint an non dubitat. Immo nec bona nec mala Cynicis uidentur esse quae nec ad uirtutem nec ad uitium pertinent[1]. Diuitiae igitur, quas ut summum bonum homines concupiscunt, inter *ἀδιάφορα* ponendae sunt. Quare, inquit Oenomaus, sapientia « *εἰρήνης... μεμνῆσθαι κελεύει καὶ ὀλιγοδείας καὶ αὐταρκείας.* (V, 27, 2)[2]. Mortem

---

[1] Cf. Diog. L. VI, 105 : « Τὰ δὲ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιάφορα λέγουσιν. » (Sc. Cynici.)

[2] Cf. V, 31, 1 : « ἐν πενίᾳ μὴ ὀδύρου. » Αὐτάρκειαν uero notum est Cynicos praecipuas inter sapientis uirtutes posuisse.

contra malum et maximum illud quidem homines uocant; sitne tamen incertum est. Itaque deum increpat quod Phalaridi, quasi bonum impertiret, uitam longius produxerit. (V, 35, 3). Qua cum sententia Iuliani hunc locum conferre libet (*Or.* VI, p. 181 A): « (*Ἀνὴρ κυνικός*) *φησι τὸν Διογένη τῆς ἀνοίας καὶ κενοδοξίας ἐκτετικέναι δίκας, ὥσπερ ὑπὸ κωνείου τῆς τροφῆς διαφθαρέντα. οὕτω πόρρω που σοφίας ἐλαύνει ὥστε ἐπίσταται σαφῶς ὅτι κακὸν ὁ θάνατος. τοῦτο δὲ ἀγνοεῖν ὑπελάμβανεν ὁ σοφὸς Σωκράτης, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον Διογένης*[1]. » Stulti igitur sunt et obcaecati homines, qui natura quid requirat ignorant, resque extra se sitas ut profuturas expetunt[2].

Pauci dinoscere possunt
Vera bona atque illis multum diuersa, remota
Erroris nebula[3].

Parum in his a Stoicorum Cynica disciplina differebat. Ab eodem uero principio cum profecti essent, longius progressi erant Cynici, cum eam esse naturam intellegerent quae ab omni hominum societatis ac ciuitatis foedere abhorreret. Hanc partem ita Oenomaus arripuerat ut hominum in institutis et moribus nihil tam acceptum ac propter ipsam antiquitatem uenerabile et sanctum esset, quod non pro ludibrio haberet.

Athletarum exercitationes nemo est quin sciat quanto in honore Graeci habuerint : Oenomaus contra acerbe irridet, et onagrum illum fingit, qui, quod recalcitrans Cleomeden athletam praecipitauerit, diuino honore multo se digniorem praestiterit, et athletis dicit deos ut saginatis bobus gaudere (V, 34).

Quo animo non raro fuerunt philosophi aliique homines animi potius quam corporis exercitationi addicti. Nam et Xeno-

---

[1] Epict. I, 24, 6 : « Λέγει (Διογένης) ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακόν. »

[2] Quare stultum Cynicis uidebatur et deos precari et oracula rogare. Nam Croesum, cuius exemplum et a ceteris saepius Cynicis et ab ipso Oenomao usurpatur, hoc fefellisse uidebatur et perdidisse quod, cum ignoraret quaenam uera essent bona, ea tamen quorum cupiditate flagrabat a diis poposcerat. (Cf. Joel : *Der echte und der xen. Sokrates* II, p. 775 sq.). Quem errorem quamque stultitiam non raro Cynici uoce quae est τῦφος signabant. Hanc autem etiam Oenomaus usurpat. (V, 25, 8. V, 31, 3.)

[3] Iuuen. *S.* 10.,2. Qua in satura, declamationis instar composita, omnia argumenta congesta sunt quibus illa Stoicorum Cynicorumque maxime propria de ueris falsisque bonis placita illustrari solebant.

phanes athleticas exercitationes irriserat et Euripides scripserat : « *Οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.* » (fr. 284, 2 N.). Plutarchus autem athletas propter stolidum sermonem increpat (*De san. praec.* 20, p. 133 D), scribitque Galenus (*Protr.* 10, p. 25 K.) : « *Πότερον οὖν Εὐριπίδου μὲν καὶ τῶν τοιούτων καταγνῶμεν, τοῖς δὲ φιλοσόφοις ἐπιτρέψωμεν τὴν κρίσιν; ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτων ἁπάντων ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ὡμολόγηται φαῦλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα* (sc. athletarum). »

Vetus tamen haec erat consuetudo, quam libentius quis improbaret quam tollere uellet : atque ii etiam qui uitia eius perspiciebant aut parum ea delectabantur, ludis tamen aut intererant aut praeerant : habent eam uim antiquitus instituta. Vigebant certe aetate illa athletica certamina : quorum gratia si imminuta esset, nihil attinebat tantopere Galenum ab histrionali fauore iuuenes detorquere [1].

Cynici contra, cum ludos et cetera sollemnia contemnerent [2], athleticam semper artem, atque isdem fere argumentis uel exemplis, detrectauerunt [3]. Itaque Diogenem tradit Dio homini cuidam respondisse, qui Olympiae uictor cursus Graecorum omnium se uelocissimum esse praedicaret, etiam uelociora esse animalium omnium timidissima ac miserrima [4], lepores et ceruos. Cui uoci haec subiungit Dio : « *Θεασάμενος ἵππους ἐν τῷ αὐτῷ δεδεμένους, ἔπειτα μαχομένους τε καὶ λακτίζοντας αὐτοὺς καὶ πολὺν ὄχλον περιεστῶτας καὶ θεωμένους, ἕως καμὼν ὁ ἕτερος ἔφυγεν ἀπορρήξας, προσελθὼν ἐστεφάνωσε τὸν μένοντα καὶ ἀνεκήρυττεν ὡς Ἰσθμιονίκην, ὅτι λακτίζων ἐνίκησεν.* » (IX, 16-22 ; I, p. 106 sq. A.) De qua re nescio an cogitauerit Oenomaus cum in Cleomedem iocans recalcitrantem onagrum induceret.

---

[1] Cf. Friedlænder, *S. G.*, II [6], p. 494.

[2] Diogenes « τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας μεγάλα θαύματα μωροῖς ἔλεγε. » (Diog. L. VI, 24.)

[3] Diog. L. VI, 30. Ipsam corporis exercitationem, quae artus duriores et firmiores et ad omnia sustinenda idoneos redderet, commendabant. Herculem etiam, uerum illum quidem athletam, qui non beluas sane, sed uitia domuisset, laudibus ferebant. (Apul. *Flor.* 22, 101 sq.) Cf. Norden, N. Jahrb. f. Philol., N. F. Suppl. 18, p. 298 ss. Helm, N. Jahrb. f. d. kl. Altert. IX, 1902, p. 365.

[4] « Καὶ ζῇ βίον ἄθλιον. » Cynici enim in uerba quae sunt ἀθλητής, ἄθλιος ludere solebant.

Simile est apud Galenum a bestiis, ut Cynicorum mos erat, sumptum exemplum : et Cynici cuiusdam, ut uidetur, mythum refert [1].

Sed, ut iam diximus, suo quoque nomine in athleticas exercitationes inuectus est. (*Protr.* 9 sq. *Thrasyb.* 46, p. 894 K.) Cynicus non erat sane : quamquam uidetur a Cynicis plura sumpsisse. Hippocratis certe ad auctoritatem saepius se refert, cui scripta quaedam attributa sunt Cynica nota signata [2]. Ceterum non eorum erat Galenus qui temporis acti desiderio tradita a maioribus immota retinere uiribus omnibus conabantur : uerum ita scribit : « *Καλὸς οὖν, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων, θησαυρὸς αἱ τῶν πατέρων ἀρεταὶ, κάλλιον δ᾽ ἀντιθεῖναι δύνασθαι τὸν τοῦ Σθενέλου λόγον·*

« Ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ᾽ ἀμείνονες εὐχόμεθ᾽ εἶναι. »

(*Protr.* p. 12 K.)

Neque est dubium quin haec quoque ad Cynicorum alicuius imitationem dicta sint : « *Τίς λεόντων ἢ ἐλεφάντων ἀλκιμώτερος; τίς δ᾽ ὠκύτερος λαγωοῦ; τίς δ᾽ οὐκ οἶδεν ὡς καὶ τοὺς θεοὺς δι᾽ οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ διὰ τὰς τέχνας ἐπαινουμένους, οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀρίστους θείας ἀξιωθέντας τιμῆς, οὐχ ὅτι καλῶς ἔδραμον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἢ δίσκον ἔρριψαν ἢ διεπάλαισαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπὸ τῶν τεχνῶν εὐεργεσίαν* [3]. »

Rectius tamen animaduertit Oenomaus athletas non apud

---

[1] *Protr.* 13, p. 35 K. (*Corpusc. poes. ludib.* I, p. 109 Brandt.) Quam materiam etiam Antisthenes uidetur ea dissertatione tractasse quae inscripta erat Ἡρακλῆς ὁ μείζων ἢ περὶ φρονήσεως καὶ ἰσχύος.

[2] Cf. Heinze, *De Horatio Bionis imitatore*, p. 15 sq.

[3] *Protr.* 9, p. 21 K. Quo loco nescio an Galenus Oenomai ipsius meminerit. Sic enim pergit : « Εἰ δ᾽οὐκ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, τόν γε θεὸν αἰδέσθητι τὸν Πύθιον. οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν Σωκράτην εἰπὼν ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον εἶναι, καὶ τῷ Λυκούργῳ προσφωνήσας ὧδ᾽ εἶπεν· « Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσι. Δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον· Ἀλλ᾽ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε. » Ὁ δ᾽αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ τὸν Ἀρχίλοχον τεθνεῶτα φαίνεται τιμῶν οὐ τὰ μέτρια. τὸν γοῦν φονέα βουλόμενον εἰσελθεῖν εἰς τὸν νεὼν αὐτοῦ διεκώλυσεν εἰπών· « Μουσάων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι νηοῦ. » Quid ergo ? Casu putabimus factum esse ut Galenus, cum athleticas exercitationes lacessiuisset, ad honestiores artes reuersus ea exempla usurparet quibus Oenomaus (V, 27, 8. V, 33) usus erat ? Videtur, quasi Cynismi suspicionem uitare uellet, Archilochi et Lycurgi exemplo ostendisse de athletis tantum, non de reliquis rebus, cum Cynico se consentire. Ceterum in Cynicos aequabili fuit animo. Theagenem certe illum, quem Lucianus in *Vita Peregrini* foede descripsit, non inhonestum fuisse testatus est. (*Meth. med.* 13, 15 = t. X, p. 909 K). Cf. Bernays, *Lucian u. die Kyniker*, p. 17.

homines solum summa semper in gratia stetisse, sed deos etiam iis ipsis athletis fauisse qui a ciuibus suis propter grauiorem aliquam culpam condemnati essent. Hoc autem ipsum quam raro euenit! Miratur igitur, ut rem absurdam plane et ridiculam, quod in athletis praemiis et coronis uiolentia ea cumulatur quae in ceteris hominibus et reliqua in uita grauissimis poenis adficitur. Quam *ἀτοπίαν* illuserat iam Alexandrinus Philo, qui cum et ipse plura cum Cynicis communia praebet, tum eorum in numero fuit qui Graecorum instituta nec sancta nec uenerabilia haberent [1].

Non autem athletarum solum exercitationes, sed studium omne quod non ad alendam uirtutem melioresque faciendos mores pertineat a sapientia alienum putat. Et sophistarum rhetorumque in primis, ut tunc et Cynici et ceterorum philosophorum non pauci, acerbissimus est irrisor ; omnemque dialecticam contumeliose respuit. Oracula enim saepius *σοφίσματα*, deum *σοφιστήν* (V, 20, 7 ; 21, 5 ; 26, 3), sacrasque eius sedes *Δελφικὰ καὶ Δωδωναῖα σοφιστήρια* dicit (V, 25, 4). Sophistas etiam cum praestigiatoribus coniungit [2] (V, 29, 5). Nec casu factum est quod cum eos enumeraret qui Clarium Apollinem consulendi causa adissent, rhetorem inter contemnendos homines collocauit : *οὐδὲ κόλαξ, οὐδὲ ῥήτωρ, οὐδὲ συκοφάντης* (V, 22, 6).

Sed omnem etiam litterarum laudem despicit ; poetasque maximo in honore uersantes, ut Archilochum, ut Euripidem, irreuerentissime castigat : ne Homero quidem parcit, quem cum scarabaeo aequat (V, 33). Omnem enim carminum pulchritudinem parui facit ; id tantum aestimat quod ad mores pertinet. Quare de carminibus ita per cauillationem loquitur : « *Διὰ γὰρ τὴν ἐν τούτοις ὑπεροχὴν εὖ μὲν οἶκος οἰκεῖται, εὖ δὲ ἰδιώτης βίος, πόλεις δὲ ὁμοφρόνως καὶ ἔθνη εὐνόμως συνεστᾶσιν* [3]. » Ipsamque

---

[1] Philo, *de Agric.* 26. Cf. Wendland, *Philo u. die Kyno-stoische Diatribe.*

[2] Simili ratione Tertullianus (*de Idol.* 9) magos de quibus in Nouo Testamento dicitur sophistas nuncupat.

[3] V, 33, 7. Cf. Diog. L. VI, 104. Euripidem tamen Dio Chrysostomus, cum poetas poetarumque opera hac trutina pensaret, ceteris tragicis, ut ad uirtutem maxime utilem, antetulit. (*Or.* LII) Cf. Schmid, *Atticismus* I, p. 75. Cynicorum plerisque Euripides ualde placuerat, nec immerito. Cf. Campbell, Euripidis « occasional cynicism » signantem (*Religion in Greek Literature*, p. 285). Decharme, *Euripide et l'esprit de son théâtre,* Ire partie.

poesin ludibrio habet: « αὕτη γὰρ διάλεκτος καὶ θεῶν, ὥσπερ οὖν καὶ θείων ἀνδρῶν, ὥσπερ Ἀρχιλόχου. » (V, 33, 6). Immo uirtutem et uersificationem ut contrarias inter se opponit. (V, 33, 13)

Est autem notum Platonem iam et Aristotelem Cynicos ut ἀπαιδεύτους spreuisse. Quamquam Antisthenes bonarum artium institutione ita non caruit ut rhetorica etiam opera composuerit[1]. Etiam μύθους docendis hominibus adhibuit. Sed, ut supra dictum, et Antisthenes et eius discipuli artem omnem uanam ducebant quae non ad ueram sapientiam pertineret. « Cynici igitur repudiabant et improbabant omnes liberales disciplinas uel ἐγκύκλια μαθήματα.. ., quippe quae neque necessaria neque utilia essent ad honeste beateque uiuendum, philosophiamque rationem solam sapienter uiuendi neque scientiam esse statuebant; itaque omnes qui eiusmodi studiis uacabant acerbissime ab eis irridebantur. » (Wachsmuth, *Sillogr.*[2] p. 66.)

Nec est quicquam inter homines acceptum quod non uoluptate quadam Oenomaus exagitet.

Nil mirum igitur si illos uiros Oenomaus pro ludibrio habuit quos uulgus ad caelum tollere solet. Tyrannos in primis ab edito illo loco deicit: Croesum dicit τὸ Λύδιον ἀνδράποδον[2], et cum Pythio Apollini, tum Euripidi opprobrio uertit quod tyrannis obsecuti sint[3].

Consentiebant quidem de hac re Stoici Cynicique: quem enim illi sapientem effinxerunt, uera libertate regiaque potestate praeditum ac Iouis denique aequalem nemo est quin nouerit. Multa autem eiusmodi apud Cynicos inueniuntur. Nam Diogenes Dionis in oratione VI miseram Magni Regis seruitutem cum sua felicitate comparat; Crates apud Lucianum « σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παρρησίαν, ἐλευθερίαν » Persarum regis potentia multo pretiosiora dicit[4]. Libertatemque per sapientiam partam

---

[1] Cf. Lulofs, *De Antisthenis studiis rhetoricis.* Amste'od. 1900.

[2] V, 21, 1. Cf. Lucian. *Dial. m.* 2, 1.

[3] V, 35; 33, 11. Quod Menippus apud Lucianum (*Dial. m.* 20, 5) Platoni obicit.

[4] Luc. *Dial. m.* 11, 3. Cf. *Tusc.* V, 32, 92. Epict. *Dissert.* III, 22, 60 sq. Ceterum sectae omnes libertatem eandem pollicebantur. Cf. Lucretii in Epicurum laudes.

intuens : « *Ἐξ οὗ μ' Ἀντισθένης ἠλευθέρωσεν*, inquit Diogenes, *οὐκέτι ἐδούλευσα* [1]. » Multa etiam in hanc partem scripserat Antisthenes. Et Philo, quem iam supra Cynicis proximum inuenimus, « *μόνος ὁ σοφὸς εὐγενής* » praedicarat [2]. Etenim si ad naturam respicitur, homines omnes inter se aequales sunt. Sapiens autem cum solus sit liber, inter ceteros homines, uoluptati falsisque opinionibus addictos, tamquam imperium, ut supra dictum est, exercet [3].

Ceterum homines, Cynicorum more, ad bestiarum, ac minimarum quidem, condicionem Oenomaus reuocat, ut iam ostendit Homerus cum scarabaeo collatus. Et fuit haec Cynicorum antiqua ratio animalium mores, ut naturae propiores, hominibus proponere [4]. (Cf. Weber, *de Dione*, p. 106 ss.) « *Πολὺ χεῖρον ἡμεῖς τῶν ἀλόγων ζῴων τρεφόμεθα*, » Musonius inquit (Stob. *Flor.* I, p. 286, 18), Cynicis et ipse nonnullis in rebus similis. Ludos irridens Diogenes praeter ea quae supra rettulimus etiam haec dicitur exprompsisse : « *Τί δέ; οὐχὶ καὶ ἐν τοῖς μύρμηξιν εἰκὸς ἄλλον ἄλλον ταχύτερον εἶναι; μὴ οὖν θαυμάζουσιν αὐτόν; ἢ οὐ δοκεῖ σοι γελοῖον εἶναι εἴ τις ἐθαύμαζε μύρμηκα ἐπὶ τάχει* [5]; » *Κάνθαρος* et *μύρμηξ* non raro apud Cynicos occurrunt : sunt enim animalia aut uilissima aut minima. Itaque Crates, saepe celebratam Solonis elegiam (Bergk, *Anthol. lyr.*[4], p. 37) per iocum transferens, haec deos uersibus rogat (Iulian. *Or.* VI, p. 199 D) :

Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτά, κανθάρου ὄλβον
μύρμηκός τ' ἄφενος χρήματα μαιόμενος.

---

[1] Epict. *Dissert.* III, 24, 67. Cf. Plut. *An seni ger. sit rp.* 1, p. 783 D.

[2] Περὶ εὐγενείας. — Cf. Sen. *Ep.* 44, 5. — Iuuenal. *Sat.* 8. Celebratissima haec est Cynicorum Stoicorumque sententia.

[3] Cf. Diog. L. VI, 29. — Epict. *Diss.* III, 22, 49.

[4] Antisthenes scripsit περὶ ζῴων. (D. L. VI, 15). Quo libro eum arbitratur Gomperz (*Griech. Denker* II, p. 117 ; trad. Reymond, p. 148) animalia hominibus imitanda proposuisse. — Diogenes apud Dionem (X, 29 ss. ; T. I, p. 114/5 A.) falsam opinionem de cognatorum inter se uel parentum cum liberis matrimoniis sub animalium exemplo irridet.

[5] Dio Chrys. *Or.* IX, 19 (T. I, p. 106 Arnim.) Simili fere modo Alexandrinus Clemens (*Paed.* III, 2, 11, p. 258 Potter) mulieribus ne fuco utantur praecipit. Et plura quidem a Cynicis ad Christianos migrauerunt. Cf. Wilamowitz-Moellendorff, *Philol. Unters.* IV, p. 313.

Homines autem, ut uidimus, Cynici ad naturam sequendam ita reducunt ut omni societatis uinculo liberent. Et contempsit quidem Oenomaus rem publicam omnem : ciuilia negotia *φλυαρίαν* dicit (V, 31, 1) ; omniaque ei de constituenda regendaque ciuitate huc redeunt, ut cum concordia inter se ciues uitam agant. (V, 33, 7; 28, 3-6. Cf. Lucian. *Hermot.* 23 ss. — *Demon.* 9). Non enim ad ciuitatem sed ad humanitatem respicit, ut de Demonacte Lucianus refert : « *Φίλος μὲν ἦν ἅπασι καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζεν, ἄνθρωπόν γε ὄντα.* » (*Demon.* 10) *Φιλανθρωπίαν* illam quam Aelius Aristides in Cynicis illudit[1] uirtutem uel praecipuam Oenomaus uidetur habuisse; itaque deos per ludibrium *φιλανθρώπους*, immo *φιλανθρωποτάτους* dicit (V, 33, 5; 34, 13. 14).

Qua ratione factum est ut ciuitates eadem lege qua singulos homines iudicaret, argutiasque omnino remoueret, per quas id ciuitatibus etiam cum gloria facere licet quod ciuibus nullo pacto conceditur. Bellum igitur numquam existimat legitime fieri, sed uana cupiditate duci qui id gerant (V, 21, 2 ; 27, 2. 3.); Charilaum et Archelaum belli praeda potitos *λῃστάς* dicit (32, 1); Lacedaemoniis etiam Messenios inuadentibus obicit quod Lycurgi legibus non steterint (V, 27, 2. 3.), quasi non ideo Lycurgus ciuium unumquemque laborum patientem paruoque contentum esse uoluisset, ut ad ciuitatem non defendendam solum sed augendam maiore ui ac constantia uniuersi pugnarent.

Sacra denique, quibus uel artissime inter se ciues conectebantur, ut sacrificia boum quibus flecti solent superi (V, 34, 16), ut imagines e lapide aut aere aut auro factas ad quas preces fiunt (V, 36, 1-2) ut lustrationes et mysteria (V, 31, 3), salibus aspergit[2]. Quae communis fuerat Cynicorum consuetudo. Nam Antisthenes, cum initiaretur, mysteria illusisse traditur : « *Μυούμενός ποτε τὰ Ὀρφικά, τοῦ ἱερέως εἰπόντος ὅτι οἱ ταῦτα*

---

[1] Ael. Arist. II, p. 401 Dind. Cf. Bernays, *Lucian u. die Kyn.* p. 38. — Lucian. *Dem.* 11, quo loco Demonax se praedicat, si sint laudanda mysteria, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν ὑπὸ φιλανθρωπίας.

[2] Etenim cohaerebant inter se κάθαρσις et μαντική. Cf. Rohde, *Psyche* I², p. 274 s. II² p. 69 ss. De mysteriorum irrisione cf. Helm, *Lucian u. Menipp*, p. 71.

*μυούμενοι πολλῶν ἐν Ἅιδου ἀγαθῶν μετίσχουσι· τί οὖν, ἔφη, οὐκ ἀποθνήσκεις;* » (Diog. L. VI, 4). Idem ad imagines uota facienda negauit [1]. Diogenem uero nec deorum templa adire nec sacrificare solitum esse ne Iulianus quidem negat : paupertatem tantum eius excusat [2]. Quo animo et Demonactem fuisse scimus Cynicum Oenomai aequalem : nam et Mineruae sacrificare omisit, cum nescire se diceret deae uictimis opus esse, et cum accusatus esset quod unus Atheniensium Eleusinia non celebrasset, ideo se id fecisse significauit « *ὅτι, ἄν τε φαῦλα ᾖ τὰ μυστήρια, οὐ σιωπήσεται πρὸς τοὺς μηδέπω μεμυημένους, ἀλλ' ἀποτρέψει αὐτοὺς τῶν ὀργίων, ἄν τε καλά, πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσει ὑπὸ φιλανθρωπίας.* » (Luc. *Dem.* 11.)

Eam philosophiae partem quae est de hominum uita et moribus paene solam Oenomaus, ut reliqui Cynici, retinuit. De fato tamen et libertate oracula impugnans disputat, strenue quidem, sed ita tamen ut intellegas neque absconditam nec summa cogitationis contentione partam ei fuisse sententiam [3]. Nullius enim rei arbitratur nisi per sensum cognitionem capi : sensu autem confidendum esse, id ipsius sensus auctoritate confirmari. Atqui sensum monere nos liberos esse : ergo liberos esse. Si minus, nihil iam exstare quod credere liceat : de uita quoque nostra dubitandum esse ; nos enim uiuere non nisi per sensum cognouisse. Libertas autem illa cum nullis legibus astricta, nullis terminis finita sit, rumpere rerum seriem quodcumque agamus : ut absurdum sit aut mundum fato regi aut prouidentiam ullam esse aut res futuras quodam modo prospici posse existimare. (VI, 7, 2-19).

Cum Stoicis hoc loco disputat, qui mundum fato regi arbitrabantur, Epicureis contra assentitur, qui et deos ab omni rerum imperio remouebant, et atomorum clinamine illo assumpto libertatem seruabant. Factum erat enim, quale aliis in sectis

---

1 Clem. Alex. *Strom.* V, p. 714 Potter.

2 Iulian. *Or.* VI, p. 199 B. « Ἦν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ τῶν τοιούτων, οὐ λιβανωτός, οὐ σπονδή, οὐκ ἀργύριον ὅθεν αὐτὰ πρίαιτο. » Ceterum Croesi exemplo ut Oenomaus, ita Cynicorum alii saepe ostenderunt quam parum dona et sacrificia ad flectendos deos ualerent. Cf. Joel, *Der echte u. d. xen. Sokrat.* II, p. 775 ss.

3 « Zu tieferem Eingehen in philosophische Fragen war er ohne Zweifel weder geneigt noch geeignet. » (Zeller, *Phie der Gr.* III, I³ p. 770.)

haud semel accidit, ut Stoici, qui et a Cynismo sapientiae suae initium duxissent, et postea saepius, uelut Epictetus uel Musonius, cum illo societatem fecissent, Cynicos tamen aduersarios haberent, Epicurei contra, qui longe alio ab initio profecti essent, Cynicorum ope et auxilio corroborarentur. Non quod omnino consentirent. Sed de rebus diuinis disputantes facile coniungebantur quibus eadem de his, de aliis diuersa esset sententia. De hoc tamen plura alias.

## 2. QVIBVS ARGVMENTIS OENOMAVS ORACVLA IMPVGNARIT

Quae adhuc explicauimus obiter Oenomaus, cum aduersus oracula disputaret, exprompsit. Veniendum nunc ad totius operis summam, uidendumque quibus argumentis sustulerit diuinationem.

Diuinationem enim nullam esse contendit; nullam oraculis, nisi per sacerdotum praestigias, speciem ueritatis inesse; uana fictaque esse, si quis singula percenseat, manifesto apparere.

Oraculorum enim ambiguitate et obscuritate omnem erroris suspicionem deum a se remouere, ut hominum sit culpa si uoluntatem eius praue interpretati sint. Ita deum paratam semper habere excusationem[1]. Quid enim non intellexerat Temenus de freto dici *ὁδὸν στεινυγρήν*? (V, 20, 5). Aut Croesus quid non senserat suum se regnum deleturum esse? Non tamen temere responso confisus prospera exspectauerat: nam « *καταλῦσαι* » ita intellegunt Graeci quasi significet « *οὐ τὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ τὸ τὴν ἀλλοτρίαν περιποιήσασθαι.* » (V, 21, 3).

Omnia autem oracula eodem modo formata esse ostendit. Cnidios, cum ab Harpago obsessi Isthmum suum perfoderent, ad producendum longius opus incitare periculosum erat, cum dubius esset euentus: ab incepto auertere mauult, incertaque

[1] « ἵνα γένηται μάντευμα ἀφώρατον. » (V, 24, 6) Cf. Lucian. *Dial. Deor.* 16, 1 : « (ὁ Ἀπόλλων) ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. »

pro uictoria in cladem impellit certam; salua res est: non iam queri possunt miseri quod falsa uincendi spe decepti sint (V, 26). Nec minus prudenter aut Atheniensibus (V, 24) aut Lacedaemoniis (V, 25) imminente Persarum rege responsum erat. Quibus prospere quidem euentus successit; quod si tamen aliquid incommodi accepissent, non deerat deo quo confugeret: praedixerat enim *ὅτι ἡ θείη Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν*: quos autem quarum mulierum liberos diuina Salamis perditura esset non aperuerat. Quo tamen facilius istam suam inscitiam tegat, adicit etiam quibus temporibus res futurae sint:

> ὦ θείη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν
> ἤ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης.
>
> (V, 24, 2.)

Euentu tantum eiusmodi oracula probantur: *περιμένειν δεῖ τὸ ἀποβησόμενον* [1]. Vide tamen quam caute errorem uitarit: nonne enim quiuis praesentiret hieme non consertum iri naualem pugnam? Cum igitur nuntiaret pugnam aut aestate aut autumno futuram esse, nihil dicebat. Sed grandibus uerbis, *τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ*, stultorum animos praeuertit.

Nullum igitur in oraculis istis acumen, nulla rerum futurarum praesensio: aperta tantum nec nisi credulos animos deceptura uersutia.

Nec uero ridenda tantum, sed dolenda etiam praebent. Quam graues enim casus oraculorum ambiguitate adducti sunt! Qua factum est ut Heraclidae Peloponnesum inuadentes repellerentur (V, 20) et Croesus praeceps iret in perniciem (V, 21) et Thasii propter condemnatum Theagenem fame laborare non desinerent (V, 34, 14). Quam autem ridiculum est deum temere, *ὡς ἔτυχε*, loqui, quid dicta quaeque consecuturum sit non cogitantem. Non tamen leuitas tantum, sed improbitas et perfidia accusanda est (V, 21, 5). Cognouerat enim deus anceps oraculum Aristomachum perdidisse: at nihilominus eadem Temeno huius filio praecepit. (V, 20, 4). Non enim hominum adiutor et auxiliator habendus est, qui imminentibus hostibus fugam tantum praecipiat (V, 24, 8): immo inimicus

---

1 V, 24, 6. Cf. Amm. Marc. XXIII, 5, 9.

est[1], qui Androgei caedem multorum et insontium quidem nece lui uoluerit (V, 19), qui Messenios puellam immolare iusserit, et illam quidem ita designatam ut frustra periret (V, 27, 4), qui exsulum miseranda sorte parum commotus de seruandis signis sollicitus sit (V, 34, 14), qui omni denique in re hominum salutem neglexerit dummodo ipse accusationem omnem effugeret. Sacrificia fieri iubet et lustrationes: at potentis hominumque amantis dei multo magis erat mala priusquam euenirent arcere. Sed ea illius est inscitia atque infirmitas ut suis ipse prophetis nihil prosit: Carnum certe illum ultus est sane, non seruauit, et aliis eum uaticinari iussit, non sibi. (V, 20, 6.)

Quae uero se certe scire praedicat: « *οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμον τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης κ. τ. λ.* » (Herod. I, 47), haec *κενὰ εἰδήματα* quam ridicula sunt et spernenda (V, 21, 1; 34, 2).

Aut si quando sapiens consilium a deo acceptum est, modica haec fuit et quám in homine facile inuenires sapientia. Quid enim deo opus fuit ad perspiciendum securius Athenienses in naues conscensuros esse (V, 24, 8-9)? et uir quidem acuto ingenio, non deus artem illam excogitauit. Aut cui non persuasum est concordia et uirtute et legum obsequio ciuitates crescere? illa autem bona quo modo hominibus contingant, id fugit nos plerumque, id diuinum erat monstrare : de hoc tamen oraculum tacuit (V, 28, 10). Eiusmodi oraculis diuinationis nihil inest: *συμβούλευμα, οὐ μάντευμα* (V, 24, 8). Quibus ne *ἄμαντις* quidem uir peiora inueniat (V, 24, 9). Aut remedia ualetudinis quid oracula praecipiunt? *Ἰατρικὸν, ἀλλ' οὐ μαντικόν* (V, 30, 1). Talia praecepta homo quiuis dare potest, qui quidem naturam cognouit (V, 38, 2).

Saepius tamen diuina illa sapientia humana inferior est. Absurda sunt et sensu carent Pythii oracula, si cum Socratis consiliis conferas, quae tamen ille non rogantibus solum, sed sua sponte dabat. (V, 29, 6.) Et falsis opinionibus uulgi, quas respuit sapiens, deus assentitur : nam et tyrannis obsequium praestat — quamquam et tyrannicidas laudat (V, 35) — et poetas diuino

1 Deos φιλανθρώπους Oenomaum (V, 33, 5 ; 34, 13. 14) per cauillationem dicere iam supra notatum est. Quibus locis nescio an respiciat ad Stoicorum sententiam, deos φιλανθρώπους esse praedicantium. Etenim hoc argumento ad confirmandam diuinationem uteba' tur. Cf. Cic. *Diu.* I, 38, 82. II, 49, 101.

honore decorat quorum opera omni malitia et obscenitate referta sunt (V, 33), et athletas, postquam foedissima uiolentia saeuierunt, heroas factos esse significat, etiam si, ut Cleomedes, hominum iudicio propter immania facinora sua damnati sunt (V, 34), et uitam bonum, mortem malum esse stulte cum plurimis opinatur. (V, 35, 3.)

Sed etiam peiora oracula suaserunt, non tantum cum neces insontium luendi peccati causa fieri iuberent, poenasque ab hominibus ob culpas a diis conceptas repeterent, sed etiam quod cupiditatem Apollo potentibus auxit, uelut Croeso, cuius aluit amentiam (V, 21, 2); et praedae a regibus Charilao et Archelao factae partem sibi uindicare non dubitauit, nedum eorum auaritiam refrenaret (V, 32, 1); et discordiae perfidiaeque di auctores fuerunt, « *εἰρήνης καὶ φιλίας δέον αὐτοὺς εἶναι βραβευτάς*[1]. » Non enim solum Lacedaemonios Messeniosque ad pugnandum inter se concitat : artes etiam belli suppeditat, dolum et mendacia (V, 27, 1).

Ad summam, quid oracula rogantur? Aut inutilia sunt aut nocentia. Vt qui longius iis credant stultis et delirantibus adnumerandi sint[2].

Potest tamen huiusmodi argumentationi obici quod, contraria si reperiantur exempla, demonstratio infirmetur. Argumentis igitur ab ipsius rei natura quaesitis diuinationem nullam esse confirmandum erat. Quae tota disputatio quaestione illa de libertate et fato de qua supra diximus nititur. Nam ad hos primum respiciens qui libertatem tollant, quod aut cum Democrito atomorum coniunctione et seiunctione omnia fieri, aut cum Stoicis mundum fato regi arbitrentur : si cuncta, inquit, necessitati sunt obnoxia, quid rerum futurarum cognitio desideratur[3], quas a uia semel decreta nulla uoluntas deflectere queat? (VI, 7, 37). Aut quid iam deus hominibus quid faciant praecipit,

---

[1] V, 26, 5. Qui locus Eusebio tribuendus est : Oenomai tamen mentem ille expressit, nisi uerba etiam aliqua eius seruauit.

[2] V, 21, 5; 26, 2; 30, 2. Cf. Lucian. (*Iup. trag.* 31) apud quem Momus de Apollinis oraculo ita loquitur : « Φησὶ γὰρ τὸ λόγιον οὑτωσὶ διαρρήδην γόητα μὲν εἶναι τοῦτον, ἡμᾶς δὲ ὄνους κανθηλίους νὴ Δία καὶ ἡμιόνους, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, οὐδ' ὅσον ἀκρίδος τὸν νοῦν ἔχοντας. »

[3] V, 21, 5. Quod argumentum Stoici refellere conabantur. Cf. Sen. *N. Q.* II, 37 sq.

cum nihil per se facere possint? Nam priore disputationis huius parte, cuius conclusio tantum manet, reliqua perierunt, statutum erat ipsos deos fato obnoxios esse : « *Ὁ δ' Ἀπόλλων ἄρα ὁ τοῦ Διὸς υἱὸς νυνὶ βούλεται, οὐχ ὅτι βούλεται, ἀλλ' ὅτι ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ βουληθῆναι τέτακται.* » (VI, 7, 1.) Deus tamen cuius e confessione ereptum est nobis uitae nostrae gubernaculum, idem ille Argiuis, quasi sint sui iuris, imperat ut hostium impetum procul a se arceant, Carysto ut Euboeam incolat, Telesicli ut coloniam Thasum deducat (VI, 7, 4 sq.). Absurda autem haec est opinio, cuncta fato regi : monet enim, ut supra dictum est, sensus, cui si non creditur, de omni re dubitandum est, liberos nos esse. Liberi autem si sumus, quid iam de rerum futurarum praesensione dicitur? quae nulla esse potest. Voluntas enim nostra « *ἐφαίνετο οὐκ ὀλίγων οὖσα πραγμάτων ἀρχή· ὃν δὲ ἡ ἀρχή, ἥτις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα αἰτία, ἐκπέφευγεν, ἦ πού γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος;* » (VI, 7, 21).

Pertinet igitur id non iam ad Stoicos, uerum ad Academicos, ita tamen ut Stoicos Oenomaus quasi sibi ipsi repugnent incuset, cum necesse sit aut in eam ipsam quam respuant de omni re dubitationem incidant, aut sensu confidant, libertatem relinquant, futuri praesensionem nullam esse concedant.

Nam qui uelut Chrysippus (qui copiosissime Stoicorum omnium uidetur[1] ad defendenda oracula uerba fecisse, quemque Oenomaus uehementissime impugnat), necessitatem effugere, fatum retinere uoluerunt, absurdiorem etiam quandam fato et libertate mixtam condicionem effinxerunt. (VI, 7, 23).

Qui sibi persuaserunt hoc modo seruari posse diuinationem, eorum haec fere est ratio (VI, 7, 24 sq.) : penes Laium erat liberos procreare, idque faceret annon, quoniam e uoluntate eius pendebat, praedici non poterat. Quid autem, si procreasset, postea consecuturum esset, id deum non latebat, id ille poterat uaticinari. Itaque haec tantum pronuntiauit : « *εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ' ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.* » At filius iste nonne sui iuris futurus erat? nonne ei a patre manus abstinere licebat? ac postea quae-

---

[1] In libris praesertim qui sunt περὶ εἱμαρμένης et περὶ προνοίας duobusque de diuinatione libris. Cf. Cic. *Diu.* I, 3, 6.

cumque uel ab Oedipo uel ab eius filiis acta sunt, nonne ii uoluerunt qui egerunt? Vt omni sine intermissione tempore noua intercedat alicuius uoluntas, quae rerum seriem praeter opinionem dirimat. (VI, 7, 31).

Atenim ut oraculum praedixerat, ita res consecuta est. Verum casu id euenit : nam nihil horum uia ac ratione praesentiri potuit[1]. (*ibid.*) Quodcumque enim uiuit et mouetur noua semper rerum initia serit, quae omnem futuri praesensionem auferant (VI, 7, 34).

Di tamen uaticinantur : necessario igitur fiunt quae facimus? Desinant iam porro tamquam uolentibus nobis ea imputare quae ineuitabili fato semel statuta sunt (VI, 7, 36). Desinant item sapientes qui fato nos regi uolunt hominibus obicere quod male fecerunt : inuiti enim fecerunt. (VI, 7, 41).

Totius huius disputationis ratio Tulliano hoc loco fere continetur : « Vbi est igitur ista diuinatio Stoicorum? quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest ut cautiores simus; quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est; sin autem id potest flecti, nullum est fatum ; ita ne diuinatio quidem, quoniam ea rerum futurarum est. Nihil autem est pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere ne fiat. » (*Diu.* II, 8, 21).[2]

## 3. DE ORACVLIS OENOMAO REDDITIS

Quamuis strenue Oenomaus in diuinationem impetum fecerit, non tamen, quantum quidem suspicari possumus, eadem ei semper fuit de oraculis sententia.

Etenim non omnia diuinationis genera impugnauit : sed de iis quae per sortes fiebant deque eiusmodi ceteris ita dixit quasi nemini iam accepta essent, eaque uana et ficta esse per se manifestum esset[3].

Fuerunt autem qui diuinationem sanctiorem et augustiorem

---

1 « Neque enim tanta est infelicitas haruspicum, ut ne casu quidem umquam fiat quod futurum illi dixerint. » (Cic. *Diu.* II, 29, 62). Cf. 59, 121.

2 Cf. Lucian. *Demon.* 37.

3 Cf. V, 25, 4; 29, 5.

illam eo facilius retineri posse putarent, si ab omni sortium istarum societate segregaretur. Quorum in numero Plutarchus fuit, qui, cum in superstitionem proprium opus conscriptum habuit, tum in sortilegos et uentriloquos non semel inuectus est[1]. Quid igitur? nonne Oenomaus, cum id quod a plurimis concedebatur omitteret, eam diuinationem impugnandam sibi elegit, quae ab iis qui sibi uulgares superstitiones exuisse uidebantur pro uera habebatur? etenim existimare licet Oenomaum Plutarchi praesertim libellis ad scribendum adductum esse.

Saepe autem in disputando quaedam ut plane incredibilia negleguntur, refelluntur contra quae, etsi non credas ipse, a quibusdam tamen facile accipi intellegas : quod tum fit plerumque cum quis ea quae ipse prius sensit impugnat. Potuit eodem pacto Oenomaus, cum ea quae falsa semper habuisset omitteret, reliquam diuinationem eo uehementius redarguere quod olim ea confisus esset.

Credebant autem ei qui quidem diuinationi fidem tribuebant posse per eam ad altiores quasdam cogitationes perueniri, procul a communi sensu remotas : quod Porphyrius libro suo de philosophia ex oraculis haurienda explicauit. Et statuerat Dio Chrysostomus exsilium bonumne esset an malum oraculum rogare. (*Or.* XIII = 12 Arnim). Saepius uero aetate illa, quod ante raro fiebat[2], de natura deorum aliisque eiusmodi rebus quaesitum est[3]. Rogauit uir quidam Colophonius Apollinem quis aut quid esset omnino deus[4]; Clarium alius quis deorum habendus esset qui uocaretur Iao[5]; alius *περὶ τῆς ψυχῶν διαγωγῆς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον*[6]. Nec defuerunt qui, cum

---

[1] *De Pythiae oraculis* 25 p. 407 C. — *De defectu orac.* 9 p. 414 E.

[2] « Percontationes quales multas tulit aetas posterior, merum ueritatis studium prodentes scientiaeque gratuitum amorem, ante Alexandrum, immo ante Christum, paucas deprehendas. » (Ph. Legrand : *Quo animo Graeci diuinationem..... adhibuerint,* p. 31.)

[3] Cf. G. Wolff, *De ultima orac. aetate.*

[4] Lact. *Diu. Inst.* 1, 7, 1.

[5] Macrob. *Sat.* I, 18, 19.

[6] Stob. *Ecl. phys.* I, 41, 46 Mein. (T. I, p. 414 Wachsmuth.) — Plutarchus putat obscuritate etiam quadam loquendi deum nos benigne ad quaerendam ueritatem mouere. (*De E apud D.* 1, p. 384 F.)

uix sperarent rerum futurarum praesensionem ullam esse, ab oraculis tamen, ut a mysteriis [1], exquisita quaedam praecepta exspectarent, quibus sapientiores et ad uirtutem meliores fierent.

De rebus diuinis non uidetur natura Oenomaus tam sollicitus fuisse. At sperauit aliquando, nisi fallimur, posse per oracula aliquid de bene uiuendi ratione deque bono et malo cognosci.

Vidimus enim eum oracula tria rettulisse quae a Clario Apolline audiuisset (V, 22. 23). Quae quin genuina sint non est dubium : quid enim tam multis peruulgatisque etiam commenticia adiecisset? cum praesertim tunc maxime floreret Clarium illud oraculum, nec facile quis responsum idem plurimis redditum esse (V, 22, 6) mentitus esset. Rogauerat autem, ut ostendimus (cf. adnot.), non de comparanda merce, uerum de uirtute et sapientia. Id autem putabimus eum tentandi dei causa fecisse? Fuerunt enim qui deum adirent « *ὡς σοφιστοῦ διάπειραν λαμβάνοντες* » (Plut. *de def. orac.* 7, p. 413 B), ut proconsul ille Ciliciae, quem Plutarchus refert hoc modo adductum esse ut diuinationi crederet (*ibid.* 45, p. 434 D). Is autem eiusmodi quaestionem excogitauerat, ut responso statim manifestum fieret quantum deus intellegeret. Nam cum obsignatis tabulis quaesiuisset nigrumne an album taurum Mopso immolaret, hoc responsum attonito relatum est : Nigrum. Lucianus quoque, cum Alexandri dolum deprehendere uellet, ita ab eo per obsignatam epistulam responsum petiuit, ut prophetam de re quaesita falsum esse scientiaeque illius diuinae cuius se participem praedicaret expertem esse patefieret. (*Alex.* 53.)

Vt autem etiam per litteras interdum Clarium Apollinem consuluerint [2], nec nisi absentes id fecisse existimandum est, nec se dicit Oenomaus hoc quaerendi modo usum esse. Haec igitur una patebat experiendi dei uia, si de re mente concepta sibique soli nota quaereret : et hunc quidem consulentium fere

---

[1] Cf. Diod. (V, 49, 6, Vogel) de mysteriis Samothraciis disserentem : « Γίνεσθαι δέ φασι καὶ εὐσεβεστέρους καὶ δικαιοτέρους καὶ κατὰ πᾶν βελτίονας ἑαυτῶν τοὺς τῶν μυστηρίων κοινωνήσαντες. » Et notum est ut alios, ita Iulianum Eleusiniorum participem factum esse ut recondita illa sapientia imbueretur.

[2] Ouid. *Fast.* I, 19-20 : « Pagina iudicium docti subitura mouetur Principis, ut Clario missa legenda deo. » Cf. Bouché-Leclercq, *Div.* III, p. 252.

morem fuisse Tacitus testari uidetur. Ita enim de Clario oraculo scribit : « Nec femina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto, accitus sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit; tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum et carminum, edit responsa uersibus compositis super rebus quas quis mente concepit. » (*A*. II, 54) [1].

Oenomaus autem quomodo oraculum rogauerit non refert : dei tamen ignorantiam deprehendere se uoluisse nequaquam significat. Quod si uoluisset, rem eam de qua certior fieri cupiebat ita excogitauisset ut unum tantum et remotis quidem ambagibus responsum ad eam pertinere uideretur Et ignoramus quidem quam primum quaestionem aut uerbis expresserit aut mente conceperit : id tantum suspicari licet, ad consequendam sapientiam eam pertinuisse : at uidemus certe responso spem ei ualde erectam esse merendi uirtutis praemii. Primo quidem igitur exspectationi eius oraculum responderat. Nec prius diffidere coepit quam eandem hanc praeclaram sententiam ad acquirendas diuitias, mox ad inania uel turpia etiam uota pertinuisse comperit. Cum deinde ne illa quidem promissa deum exsecutum esse certior factus esset ac magis magisque dubitaret, ne tum quidem oraculum ut insidiose deprehenderet rogauit. Qua enim ratione exspectandum erat ut in rebus tam facilibus (V, 23) uates aut haereret aut alienum a quaestione responsum redderet? Cum autem absurdis sensuque carentibus oraculis iterum tertiumque deceptus nihil his ad uirtutem profici intellexisset, tum demum inania illa fictaque duxit, diuinationemque omnino reiecit [2].

---

[1] Cf. Iambl. *de Myst.*, p. 123 Parthey : « οἱ δ'ὕδωρ πιόντες καθάπερ ὁ ἐν Κολοφῶνι ἱερεὺς τοῦ Κλαρίου. » (Haussoullier, *Etudes sur l'hist. de Milet et du Didymeion*, p. XXIV) — Alex. Clem. *Protr.* init. : « σεσίγηται ἡ Κασταλίας πηγὴ καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγή. » — Porph. ap. Euseb. *P. E.*, V, 16, 1 : « κραναὴ Κλαρίη. »

[2] « Oenomaus... homo acer ac uehemens, qui, cum, in fraudem ab oraculo quodam inductus esset, oraculorum istorum uanitatem omnium in oculis defigere statuit. » (Viger. adn. ad p. 209) Cf. Gifford t. IV p. 184; Renan, *L'Eglise chrétienne*, p. 311. At contra Bouché-Leclercq, *Div.* III, p. 253 : « Un demi-siècle plus tard (sc. post Apollonium Tyaneum), l'oracle reçut une visite moins agréable, celle du cynique Œnomaos de Gadare, qui méditait son fameux pamphlet, et qui venait faire ses expériences en un lieu où peut-être Xénophane de Colophon s'était indigné avant lui. »

Nam factum est non semel ut hominum natura uehementium casu aliquo sententia praeter opinionem subito immutaretur : qui non tam argumentis ad credendum aliquid adduci solent quam postquam credidere argumenta inueniunt. At concedo tamen natura iam Oenomaum ad dubitandum inclinatum fuisse : cui si firma fuisset fides, etiam talia post responsa stetisset immota. Hoc tantum constat, non tam confutandi dei quam eius ope utendi spe ad Clariam aedem Oenomaum adductum esse.

Cynicus igitur nondum factus erat : si minus, omnia sectae huius praecepta nondum erat amplexus; nec mirum, qui iam Cynicus Cynismum ab omni uel Antisthenis uel Diogenis auctoritate uindicarit. Errauit certe aliquandiu, cui crederet incertus, quaerens qui sibi uiam ad sapientiam monstraret, ut ipse confessus est : « *Ἀνδρὸς δὲ ἔδει τοῦ ξεναγήσοντος ἐπὶ τὴν σοφίαν.* » (V, 23, 1). Ita se narrat Menippus ille Lucianeus (*Necyom.* 3 sqq.), cum, propter multa quae a diis male facta traderentur, de bono et malo incertus, quid credendum esset quaereret, ab iis poposcisse qui philosophi dicerentur ut sibi monstrarent « *ὁδὸν ἁπλῆν καὶ βέβαιον τοῦ βίου.* » Sed horum ita inter se praecepta discrepabant ut glisceret eius, non tolleretur dubitatio, donec Tiresiam interrogare constituisset. Cui iocosae narrationi ueritatis aliquid fortasse inest : quodque Menippus passus erat, id potuit etiam Oenomaus pati. Cum autem natura iam ad amplectendam Cynicam uitam paratus esset — nam et acerba uehementia et omnium irreuerens impudentia et uinculi omnis impatiens animus, natura insita sunt, non doctrina addita — eo facilius in illa castra transiit, quod una cum diuinatione sacra omnia repudiare coeperat. Rursus a diuinatione eo facilius recessit quod indoles iam eius cum Cynicorum communia quaedam habebat.

## 4. DE IPSA DEORVM RELIGIONE VNA CVM DIVINATIONE SVBLATA

Constat certe Cynicos diuinationem reiecisse. Antisthenes cum mysteria irriserit, uix putabitur se in oraculis multo reuerentius gessisse. Diogenes uero de diuinatione ita sensisse fertur :

« *Ἔλεγε δὲ καὶ ὡς ὅτε μὲν ἴδοι κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ καὶ ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, συνετώτατον εἶναι τῶν ζῴων νομίζειν τὸν ἄνθρωπον· ὅτε δὲ πάλιν ὀνειροκρίτας καὶ μάντεις καὶ τοὺς προσέχοντας τούτοις......., οὐδὲν ματαιότερον νομίζειν ἀνθρώπου.* » (Diog. L. VI, 24). E Dione uero Chrysostomo (*Or.* X, 22-28 = T. I, p. 113 sq. Arnim), si quidem huic fides tribuenda est, apparet Diogenem nemini existimauisse rogandum esse oraculum, qui quidem uoci illi *γνῶθι σαυτόν* non ante paruisset [1]; illius autem oraculi qui semel uim perspexisset, nullis iam ei opus esse oraculis. Quare non statim Iuliano credendum est de Diogene scribenti : « *Ἐπείσθη ... ἐκεῖνος τῷ Πυθίῳ καὶ οὐ μετεμέλησεν αὐτῷ πεισθέντι.* [2] » Cur enim Pythiis oraculis paruisse dicitur? Quod illam ab Apolline acceptam saepe usurpabat uocem : *Γνῶθι σαυτόν* [3]. Hanc autem sententiam non ut diuinam sed ut praeclare dictam laudabat : quodque deo tribuebatur, numquid eam ideo sapienter excogitatam iudicare non poterat? Nec ualet Iulianus ad infirmanda ceterorum testimonia, qui, cum antiquorum non studia tantum et cultum, sed sacra renouare uellet, Cynicam tamen uitam affectaret, non tales esse Cynicos quales uulgo crederentur, sed principem eorum pium rerumque sacrarum reuerentem fuisse defenderit. Concedit tamen Iulianus res sacras Diogenem neglexisse, adicitque illum, cum non haberet unde sacrificaret, alia et pretiosiora diis obtulisse : « *αὐτῇ γὰρ αὐτοὺς ἐθεράπευσε τῇ ψυχῇ, διδοὺς οἶμαι τὰ τιμιώτατα τῶν ἑαυτοῦ, τὸ καθοσιῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῶν ἐννοιῶν.* » (*Or.* VI, 199 B). At huiusmodi religio apud omnes semper gentes a sacris antiquitus traditis, quorum apud Graecos magna pars erat diuinatio, aeque atque impietas erga deos aliena fuit.

Hac tamen in re audacius uidetur Oenomaus quam Cynici priores egisse. Antisthenes enim, etsi uulgares deos ciuitatisque

---

[1] « Dieser Spruch ist dem Kyniker das wahre delphische Orakel, und seine Erfüllung die Voraussetzung aller Orakelbefragung, wie es Diogenes bei Dio ausführt. » Joel, *Der echte u. d. xen. Sokr.* II, p. 775.

[2] *Or.* VI, p. 199 B. Cf. 191 A : « Διογένης.... συνειδὼς ἑαυτῷ πυθόχρηστον οὖσαν τὴν φιλοσοφίαν. » Quae sententia melius in Iuliani quam in Diogenis aetatem conuenit.

[3] Nam « παραχάραξον τὸ νόμισμα » false quidem inter γράμματα Δελφικά recensebant. Cf. Roscher, Hermes 1901, p. 486; Philol. 1900, p. 31 sq.

sacra respuerat, deum tamen esse arbitrabatur; profitebatur « populares deos multos, naturalem unum esse[1]. » Diogenes quoque de numine quodam a uulgaribus diis diuerso amanter cogitauit. Dicebat enim (Plutarch. *non posse suau.* 22, p. 1102 F): « *Τὸν θεοφιλῆ μή τι εὖ πράττειν ἢ θεοφιλῆ μὴ εἶναι τὸν σώφρονα καὶ δίκαιον ἀδύνατόν ἐστι.* »

Oenomaus contra iis argumentis oracula falsa esse demonstrauit quibus non diuinationem tantum, sed ipsam deorum religionem tolleret. Etenim uidimus eum, ut Cynicorum plerosque, sacra omnia quaecumque essent contempsisse, sacrificia, deorum imagines, mysteria. At forsitan ille, dixerit aliquis, cum istum cultum ut caelesti maiestate indignum respueret, sanctius et magnificentius de ipso deo senserit. Nam quod deum ridicule foedeque informatum ludibrio habuit, non ideo non altius quoddam numen effingere poterat. Quo animo etiamsi fuisset, legentium plerosque fugisset : adeo rari sunt qui, collapsis uulgi religionibus, non una caelum corruisse credant. Hoc tamen grauius : libertas illa quam hominum esse praedicat, non fatum tantum, sed omnino prouidentiam tollit : quis enim iam esse potest rerum praesertim humanarum a summo rectore, quisquis est, constitutus ordo? aut quid iam procurandum diuinae potestati relinquitur? Hoc autem quid aliud est quam ipsos deos ita remouere ut aut esse desinant aut omnino neglegendi sint? Fefellit illud Eusebium : qui, cum Oenomaum sibi socium, quo fortius peruinceret fatum nullum esse, sumeret, non perspexit etiam prouidentiam illam suam isdem argumentis redargui posse.

Rursus si sunt dii, iique si quid res humanas curant, putandi sunt etiam indiciis quibusdam significare uoluntatem suam. Cum igitur aetate illa philosophorum multi priscam religionem reno-

[1] Cic. *N. D.* I, 13, 32. Cf. Min. Fel. *Oct.* 19, 7., Lactant. *Diu. inst.* 1, 5, 18. *de ira D.* 11, 14. — Philod. (περὶ εὐσεβ. p. 72, Gomperz) : « παρ' Ἀντισθένει ἐν μὲν τῷ φυσικῷ λέγεται τὸ κατὰ νόμον εἶναι πολλοὺς θεούς, κατὰ δὲ φύσιν ἕνα. » « (Il est probable que le Dieu d'Antisthène) devait être analogue à celui du panthéisme stoïcien. Ne sait-on pas en effet que le chef des Cyniques fut, à plusieurs égards, un précurseur du Portique, et que, par l'intermédiaire de Cratès le Thébain, Zénon se rattache à lui? » (Decharme, *Crit. des trad. relig.*, p. 218.) De huiusmodi tamen deo religiose et amanter cogitari posse Stoici sunt argumento.

uare uellent, eo maiore apud eos honore diuinatio fruebatur, quod, ut deorum prouidentiae argumentum erat, ita egregiarum rerum cognitionem elatissimamque sapientiam per eam accipi posse confidebant. Itaque Oenomao, si deorum religionem sublaturus erat, in diuinationem ut in hostium arcem impetus faciendus erat : quam si semel nullam esse concessum erat, non iam reliqua stare poterant. Oenomaus enim non tam sacrificia boum uotaque ad imagines uitae expertes facta ridicula esse existimauit (V, 34, 16; 36, 1. 2) quam absurdum duxit dona omnino afferri precesque fieri ad flectendos deos a rebus nostris remotos. Mysteria etiam ei una cum oraculis irridenda erant, in quibus sancta quaedam et secreta diuinitus docebantur.

Videtur iam nunc qua mente scripserit qualia haec sunt : « *Ὅ τε Ὀλύμπιος οὗτος ὁ τὴν μίαν ταύτην ἐξελεῖν πόλιν ἀσθενῶν, εἰ μὴ ἀπὸ Σούσων ἐπάγοι αὐτῇ τὸν ἄπειρον ἐκεῖνον στρατόν, μέγας τις ἄρα ἦν καὶ τὴν τοῦ παντὸς κυρείαν ἔχων, καὶ πιθανὸς ἅμα, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην κινῶν ἔθνη τοσαῦτα, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πόλιν ἀνατρέψαι ἀδύνατος ὤν.* » (V, 24, 3). Quae primo quidem uidentur esse de diuinatione tantum dicta, quasi uera esse non possint oracula quae tam ridiculos deos effingant. Vide tamen ne contra ipsam deorum prouidentiam ipsosque deos hic disputetur. Nam si quis existimat esse Iouem qui quaecumque fiant uoluntate regat, ei credendum est uoluisse illum Athenas flamma perire idque Persarum ministerio fieri, quorum instrumento Ioui opus fuerit. Nec iam uidetur oraculum res a communi sensu remotas mentitum esse : non enim alia eorum est sententia qui sibi persuaserunt res humanas diuino quodam numine procurari.

Vt igitur Plutarchus, Porphyrius, alii, fore sperabant ut restituta diuinatione patria religio quasi renasceretur, ita Oenomaus uidetur ipsas deorum religiones una cum diuinatione sustulisse. Eo autem audacius tollebat quod, Cynicus ut erat, rei nulli quae quidem sancta haberetur pepercit, cum ad nullum ciuitatis foedus, nulla ad instituta maiorum, quae apud plurimos plurimum ualent, respiceret.

Non enim defuerunt qui, cum oraculis aut paruam aut nullam

fidem tribuerent, diuinationem tamen, ut a maioribus traditam, retinendam esse existimarent. Testis est Cicero, qui quidem diuinationem ullam esse negat : ciuitatis tamen sacra, ne labantur instituta, seruanda censet : « Nam maiorum, inquit, instituta tueri sacris caerimoniisque retinendis sapientis est. » (*Diu.* II, 72, 148)[1]. Sed Oenomai circiter aetatem nonnulli fuerunt qui, conseruandorum, ut uidetur, institutorum gratia, non eam tantum diuinationem quae ciuitatis sacrorum pars esset retineri uellent, sed ipsi ex animi sententia oraculis fidem tribuerent, quasi traditorum a maioribus amantes intellexissent non posse sine totius antiquitatis periculo ueteres religiones tolli. Quod certamen quam acre inde a Plutarcho fuerit notum est ; nec singulorum de hac re sententiam percensere cogito, hoc tantum contentus, si duorum illius fere aetatis uirorum exemplo ostendero ne eorum quidem e numero qui uitam Cynicam uel laudarent uel affectarent omnes ausos esse diuinationem unaque cum diuinatione patrias religiones remouere.

Nam Dio Chrysostomus, ut supra iam perspici potuit, oraculis adiuuari censuit humanae mentis infirmitatem. Et fefellit quosdam quod apud eum Diogenes aduersus oracula agere fingitur[2]. At quicquid Diogenes docuisset Dionem recepisse putabimus? quid ? quod fabulam rettulit quam Diogenes de Pane Nymphae Echus amore frustra incenso narrauerat (*Or.* VI), eandem uidebitur ac Diogenes de satianda Venere sententiam habuisse ? Sed ipsum audiamus. Narrat enim, cum Domitiani iram exsilio effugeret, rogasse se oraculum turpene esset exsilium mirumque quoddam responsum reportasse, quo iuberetur ab incepta uitae consuetudine non prius deflecti quam ad extremum terrae finem peruenisset. « *Ἐκέλευε γάρ με αὐτὸ τοῦτο πράττειν ἐν ᾧ εἰμὶ πάσῃ προθυμίᾳ, ὡς καλήν τινα καὶ συμφέρουσαν πρᾶξιν, ἕως ἄν, ἔφη, ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀπέλθῃς τῆς γῆς.* » (*Or.* XIII, 9 = t. I, p. 181 Arnim). Et deo quidem paruit, et quattuordecim per annos

---

[1] Cf. II, 12, 28 : « .....haruspicina, quam ego rei publicae causa communisque religionis colendam censeo. Sed soli sumus ; licet uerum exquirere sine inuidia, mihi praesertim de plerisque dubitanti. »

[2] Cf. Th. Saarmann, *Adnot.* p. 36 : « Dio Chrysostomus.... uaticinationem respuit. »

fugitiuo similis huc illuc errauit, durissimis laboribus uictum quaerens, cum hominibus, ut philosophorum mos erat, de bono, de malo, de uirtute colloquens. Nam fictionis aliquis ornatus narrationi etiamsi additus est, de ipso oraculo non est quod dubitemus. Quid ageret iam secum statuerat: dei tamen admonitu erectus firmiore iam pede decretam a se uiam ingressus est [1]. Ad totam igitur eius uitae rationem diuinatio non parum ualuit, si quidem exsilium occasio ei fuit a sophistarum in philosophorum castra transeundi. Etenim Dio, Cynicam uitam etsi amplexus est, non uniuersa Cynicorum decreta ita probauit ut traditorum nihil obseruaret. Litteras humanitatisque cultum non contempsit, et ornatum illum orationis ne tum quidem respuit cum philosophus factus est. Res ciuiles non uanas duxit: nam Prusam cum redisset magistratum inire recusauit, libenter tamen se facturum fuisse si potuisset testatus est (XLIX, 14; II, p. 97 A.), et publica opera facienda curauit. Ciuitatis autem inter maxima bona concordiam, ut Cynici, at pietatem etiam erga deos dixit. (XXXIX, 51; II, p. 43 A. cf. § 8). Et consensit quidem fere de rebus diuinis cum Stoicis, cum uulgi religiones cum sua sententia conciliaret. Ad summam, instituta maiorum sancta ac uenerabilia habuit, ueterem cultum deorum retinendum censuit, ad priscorum Graecorum exempla non semel audientes reuocauit [2] : ipse de oraculo a se rogato ita rettulit : « *Ἔδοξε καὶ αὐτὸν εἰς θεοῦ βαδίσαντα χρήσασθαι συμβούλῳ [ἱκανῶς] κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῶν Ἑλλήνων.* » (*Or.* XIII, 9).

Maximus item Tyrius, si altero exemplo uti licet, cum reliqua sacra, ut ad deorum imagines habitum cultum, tum diuinationem retinuit. Cynicam tamen uitam ut optimam laudauit (*Diss.* 36); nec fugit eum quid diuinationi obici posset: saepe absurda aut inutilia ab oraculis responsa data esse confitetur. Immo leguntur apud eum quae Cynicorum quouis ac paene dicam ipso Oenomao digna sunt. (*Diss.* 35, 7). At propria tamen ille dissertatione (19: *εἰ μαντικῆς οὔσης ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν*) de seruanda diuinatione egit. Videtur, cum tradita antiquitus euertere neque

---

[1] Cf. H. von Arnim, *Dio von Prusa*, c. III.

[2] Cf. W. Schmid, *Atticismus*, I, p. 73 sq.

auderet neque cuperet, argumenta reperisse quibus infringeret suam eandemque sibi molestam sententiam. Nam est, ut ei placet, cognatio quaedam et societas humanae mentis et diuinae, quae inter se corroborent. Homoque ut e libertate et necessitate concretus est, quibus quodcumque agat efficiatur, sic una quasi faciunt humana cogitatio et diuinatio. Quod quomodo fiat aut quid omnino sit non ipse uidetur intellegere, adeo tralationum ceterorumque orationis luminum abundantia proprii ingenii acumen perstrinxit. Quam certe Oenomaus eludit ἡμιδουλείαν, illam ipsam Maximus humanae condicionis propriam esse putat. Quare non omnia diuinatione praedici quae futura sint asseuerat : res enim quasdam, quod liberam penes hominum uoluntatem uersentur, ab omni praesensione remotas esse ; quid autem re quaque peracta consequatur, id demum diuinatione praemonstrari. Ita et libertatem retinet et diuinationem. Quod a ratione alienum esse iam Oenomaus exposuerat.

Fuerunt igitur etiam in proximis Cynicorum castris qui, cum cetera maiorum instituta, tum diuinationem retinere conarentur : tantum aetate illa ualuit antiquitas.

## 5. VNDE ORACVLA COLLEGERIT

Quonam e fonte Oenomaus oracula hauserit quae exempli causa proferret, uel ideo quaerendum est ut appareat totam de hac re quaestionem facile potuisse neglegi. Fugit enim quosdam non eum Oenomaum fuisse qui cognoscendarum rerum cupiditate captus in antiquitate diligenter euoluenda uersaretur, sed e communi atque in medio posito thesauro opes ad causam sumpsisse.

Sed oraculorum quae dicimus tria fere sunt genera. Nam aliqua apud unum Oenomaum occurrunt, quibus omnis deest nota qua suspicari liceat unde sint excerpta. Aliqua tam multis a scriptoribus seruata sunt ut testimoniorum mole obruti quo referamus ea non habeamus. Pauca denique aut repetierunt aut dixerunt de iis praeter Oenomaum alii, quos auctores adhibere potuit : nisi sunt utrique ab eodem fonte repetendi.

De his tamen quaenam certa fiet sententia? Nam ex eo quod oraculum quoddam apud Herodotum exstat uel Diodorum, quo iure colligatur non aliunde Oenomaum hausisse? Via tamen tentata est qua illius auctorum unus saltem uel alter reperiretur.

Nam contendit Theodorus Saarmann *(De Oenom. Gad.*, p. 20) Oenomaum oraculum de Charitone et Melanippo (V, 35, 2) ab Aeliano excepisse : quasi non communis utriusque auctor esse potuisset. Et temporum quidem rationem, quoniam incerta est, neglegamus; rem ipsam inspiciamus. Versuum quos per cauillationem immutatos exhibet Oenomaus haec est, ut uidimus, apud Aelianum forma :

θείας ἡγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος
εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

Seruatus hic est rectus uersuum ordo; praeterea sermo non doricus est, sed atticus. At cui persuadebitur Oenomaum, cum scriberet

εὐδαίμων Φάλαρις καὶ Μελάνιππος ἔφυ
θείας ἀγητῆρες ἐν ἀνθρώποις διχονοίας,

non sententiam solum qualem apud Aelianum inuenisset detorsisse, sed proprio etiam arbitrio doricam usurpasse dialectum, uersumque pentametrum alteri praeposuisse? Sed uersus etiam apud Athenaeum (XIII, 78, p. 602 B), et hac quidem specie, exstant :

εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ
θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος.

Numquid etiam Athenaeus distichon apud Aelianum inuentum praepostero ordine atticoque sermone in doricum mutato transcripsit? Iam ipse se monuit Athenaeus oraculum quale accepisset exhibuisse; nam, inquit, « *ἔχρησεν (ὁ Ἀπόλλων)....* *προτάξας τοῦ ἑξαμέτρου τὸ πεντάμετρον......... ἐστὶν δὲ ὁ χρησμὸς ὅδε· εὐδαίμων κ. τ. λ.* » Oracula tamen, quantum quidem cognouimus, non nisi epica dialecto Pythia edere solebat. At fieri potuit ut responsum Siculis datum, et illud quidem saepe cele-

bratum, dorico sermone peruulgaretur[1]; nisi recte suspicatus est Wolff (*Porph.*, p. 89) poetae alicuius dorici uersus, qui oraculi antiqui sententiam expressisset, pro ipso oraculo habitos esse. Et hic quidem poeta uidetur, si modo fuit aliquis, uersus pentametros hexametris praeposuisse, ut Dionysium Chalcum fecisse Athenaeus (*l. l.*) refert.

Certe quidem noti erant uersus, ne quis existimare uelit non Aelianum quidem, sed Athenaeum ab Oenomao auctorem habitum esse. Quos uersus Oenomaus, Aelianus, Athenaeus, siue eodem, siue diuerso e fonte hauserunt, eadem forma acceperunt : unde quisque acceperit incertum est. Distichon autem cum integrum Athenaeus tradiderit, per iocum Oenomaus detorserit, Aelianus a consueta lege alienum suam in formam restituit, doricamque dialectum concinnitatis causa, quod ipse attice scriberet, remouit.

Sed diuersam ingressus uiam sibi uisus est Luebbert[2] quo auctore Oenomaus alio loco usus esset monstrauisse.

Est enim cum apud alios[3], tum apud Pausaniam (VI, 6, 4) de Euthymo quodam Locrensi scriptum, cuius casum a Callimacho narratum fuisse per haec Plinii uerba nouimus : « Consecratus est uiuus sentiensque eiusdem oraculi iussu et Iouis deorum summi adstipulatu Euthymus pycta, semper Olympiae uictor et semel uictus. Patria ei Locri in Italia. Ibi imaginem eius et Olympiae alteram eodem die tactam fulmine Callimachum ut nihil aliud miratum uideo ad eumque iussisse sacrificari, quod et uiuo factitatum et mortuo, nihilque adeo mirum aliud quam placuisse[4] dis. » (*N. H.* VII, 152). Nec raro apud Graecos athletae consecrati sunt. Ita Cleomedem et Theagenem heroas factos esse Pausanias narrat (VI, 9, 8. 11, 8). Callimachus autem cum librum *περὶ ἀγώνων* composuerit, non dubitat Luebbert quin hoc libro de Euthymo tractauerit. Plura enim exstitisse

---

[1] Oracula igitur si qua occurrunt dorica aut attica dialecto conscripta, non ideo mutanda sunt : rettulit eos scriptor non qualia primum edita erant, si modo genuina sunt, sed ut uulgo tradebantur. Cf. Hendess, *Orac. gr.*, p. 15 sq.

[2] *De Pind. et Hier. amicit.*, p. XIV sqq.

[3] Strab. VI, 1, 5 c. 255. Aelian. *V. H.* VIII, 18.

[4] « Placuit » Maass (Jahrb. des k. deutsch. arch. Instituts, XXII, 1907, p. 46).

eiusmodi apud antiquos scripta, quorum haec fuerit consuetudo « ut similia diuersorum athletarum facta et fata coniunctim in uno genere collocata enarrarent. » Ex hoc autem quod Callimachus ut singulare notauerit Euthymum non consecratum tantum, sed uiuum sentientemque consecratum esse, haud immerito colligi illum simul cum Euthymo etiam de aliis dixisse qui similem sortem, sed post mortem, experti essent.

Oenomaus autem de Cleomede, Theagene, Euthycle athletis dicit (V, 34) : quorum communis est apud eum condicio quod post acceptam a ciuibus iniuriam diuina beneuolentia fruuntur. Quamobrem « hae tres, inquit Luebbert, narrationes inter se simillimae et eiusdem omnes quasi consilii interpretes fragmentum haud dubie sunt amplioris cuiusdam catalogi, quo eorum athletarum, qui post mortem diuinis honoribus decorati essent, memoria percensebatur. Ad talem aliquem catalogum Callimachi quoque apud Plinium (VII, 152) de Euthymo narratio reuocanda est. Atque cum supra a nobis demonstratum sit auctores *περὶ ἀγώνων* athletarum fata secundum certa rerum genera et capita narrasse, ut luculentum demonstrationis nostrae fructum hoc iam proponere licebit : Oenomaum ipsius Callimachi copias delibasse et in usum suum conuertisse. »

Mitto quae de Callimacho sunt dicta : concedo — quamquam de hoc ipso dubitatum est — librum ab eo *περὶ ἀγώνων* compositum esse, quo cum Euthymum Locrensem, tum alios athletas heroas factos esse tradiderit [1]. Quod autem de Euthymo rettulerat, num ideo de Cleomede quoque et Theagene tractandum ei fuerat? Tractauerit tamen : nonne et alii auctores athletarum eorundem casum enarrare potuerunt, cum praesertim fateatur ipse Luebbert huiusmodi libros multos fuisse et simili ratione compositos? Et Pausaniam quidem censet narrationes de athletarum fatis et factis e scriptorum *περὶ ἀγώνων* operibus sumpsisse : Oenomaus cur Callimachum tantum isdem de rebus auctorem habere po-

[1] Libentius tamen Ernesto Maass assentiar Callimachum libris Actiorum de Euthymo dixisse contendenti. (Jahrb. des k. deutsch. archaeol. Instituts, XXII, 1907, p. 48).

tuit? cum praesertim de Euthymo illo de quo Callimachus narrauerat Pausanias quidem dixerit, nihil uero apud Oenomaum exstet.

Sed sententia illa, etsi non certa, at multo tamen probabilior fiat, si monstretur Oenomaum et Pausaniam et si quis alius de rebus illis dixit auctorem eundem adhibuisse.

De Cleomede eadem fere refert Oenomaus ac Pausanias (VI, 9, 8). Nam quod Pausanias addit Cleomedis aduersarium Iccum Epidaurium fuisse, sexaginta numero fuisse pueros quos Cleomedes tecto obruerit, Athenas deinde illum confugisse, quodque de multa tantum commemorat, Oenomaus uero quanti ea fuerit docet, paruae hae sunt discrepantiae et quales solent eorum esse qui auctores eosdem liberius secuti sunt. Ceterum quod Pausanias omisit : « *πληγῇ μιᾷ πατάξας τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀνέῳξε τὴν πλευρὰν αὐτοῦ καὶ ἐμβαλὼν τὴν χεῖρα ἐλάβετο τοῦ πνεύμονος,* » (V, 34, 3) id uidetur ab Oenomao iocandi causa adiectum esse. Non tamen ea est utriusque narrationis uel rerum uel uerborum similitudo ut necessario loco eodem ortae sint.

De Theagene uero aliter sese res habet, de quo cum apud Pausaniam (VI, 11, 8), tum apud Dionem Chrysostomum (XXXI, 95-99) legimus. Nam oraculum quo primum Thasios deceptos esse dicit Oenomaus

εἰς πάτρην φυγάδας κατάγων Δήμητρ' ἀπαμήσεις

Pausanias et Dio cognouerunt sane, quamquam non ipsis uerbis tradiderunt. Oenomaus autem narrat nullum Thasiis fructum terram tulisse donec sapientes quid diuinae sententiae subsideret intellexissent. Refert contra Pausanias Thasios, cum fame laborantes quidque facerent anxii iterum Pythiam adissent, hoc responsum accepisse :

Θεαγένην δ' ἄμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

Consonat de re cum Pausania Dio, sed dissimile apud eum est alterum hoc oraculum :

Θεαγένους δ' ἐλάθεσθε ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντος·
κεῖθ' ὑμῖν ὁ πρὶν μυριάεθλος ἀνήρ.

Num iam uideri potest Dionis, Oenomai, Pausaniae idem fuisse

auctor? Dio certe et Pausanias diuersos secuti sunt, quoniam oraculi ab iisdem isdemque temporibus accepti longe diuersam formam expresserunt. Oenomaus autem, ut iam diximus, etiam rei narratione ab utroque differt.

Est tamen sententia quaedam isdem fere uerbis, etsi longe alio animo, ab Oenomao et Dione expressa. De aeneo enim signo quod pondere suo infensum hominem oppresserit haec scribit Oenomaus, iocose sine dubio : « *Οὕτω καὶ ὁ χάλκεος αὐτοῦ ἀνδριὰς ἔδειξέ τι ὑπὲρ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων εἰκόνας, ἐπικατενεχθεὶς τῷ μαστιγοῦντι ἐχθρῷ, κατά τινα, ὡς ἔοικε, δαιμονίαν μέριμναν.* » (V, 34, 11). Similiter Dio : « *Τοιγαροῦν εἴτε ἀπὸ τύχης εἴτε δαιμονίου τινὸς νεμεσήσαντος αὐτῷ κινηθείς ποτε ἐκ τῆς βάσεως ἠκολούθησεν* (?) *ἅμα τῇ μάστιγι καὶ κτείνει τὸν ἄνδρα.* » (XXXI, 96 = t. I, p. 247 Arn.) At casu facile fieri potuit ut diuersi rem tam insolitam diuino alicui numini imputarent. Concedamus tamen propter hanc unam sententiunculam, neglectis quibus inter se differunt, uel ad ipsum Dionem uel ad communem utriusque auctorem reuocari debere Oenomaum. Si ad Dionem, nulla iam est Callimachi imitatio. Si ad auctorem a Dione adhibitum, non eundem secutus est ac Pausanias. Scripserunt igitur plures de iis quos diximus athletis : quem uero Oenomaus auctorem adhibuerit, nullum adhuc exstat indicium. Non igitur amplius uiro docto assentiri possumus haec scribenti : « Haec exempla, quemadmodum usque adhuc creditum est, Oenomai diligentiae debebamus; sed multo nunc, hercle, probabilius est hunc auctorem ea iam prompta et parata apud Callimachum inuenisse, ut ipsi Oenomao nihil adiungendum fuerit, nisi uenenati illi facetiarum et conuiciorum sales, quibus interdum, haud sane urbane et eleganter, antiquarum religionum superstitionem exagitauit. »

Ita tamen si se Oenomaus in Callimacho gessisset, non aliena haec esset ratio a plurimis ueterum scriptorum, quos scimus persaepe priorum libros exscripsisse. At uehementer timeo ne sit maius etiam quam Luebbert iudicauit Oenomai crimen. Non enim ei uel Callimachus uel alii auctores inuestigandi fuerunt quibus digestas ab iis copias subriperet : praesto ei fuerunt uniuersae iam paratae opes. Notum est enim antiquitus iam fuisse

collecta a pluribus oracula [1]: eiusmodi librum Oenomaum inter manus habuisse non est dissimile uero [2]: uelut Chrysippum adhibere potuit, quem oracula collegisse notum est [3], quemque de fato disputans impugnauit.

Sed ne tali quidem auctore Oenomaus necessario usus est. Eiusmodi enim oracula rettulit quae omnium essent in memoriis, ut testatur etiam Eusebius (*P. E.* V, 18, 1) : « *Εὖ μοι δοκεῖ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ πᾶσι πρόδηλα τοῖς φιλολόγοις μεταβῆναι, καὶ τοὺς παλαιτάτους τῷ χρόνῳ χρησμοὺς ἐξετάσαι ἀνὰ στόμα πάντων Ἑλλήνων ᾀδομένους κἀν ταῖς κατὰ πόλιν διατριβαῖς τοῖς ἐπὶ παιδείᾳ φοιτῶσι παραδιδομένους.* » Necesse enim erat exempla adhiberet quae legentium quiuis statim agnosceret, ut non altiore doctrina excultos solum sed uulgares etiam animos, ut Cynicorum erat consuetudo, ad se conuerteret. Qua de causa antiqua tantum oracula commemorat. Nam cuiuis cognita erant ueterum Graecorum, illorumque in primis qui repulsis fugatisque Persis Graeciam in libertatem uindicarant, egregie facta. Illis temporibus responsa accepta erant quae digna fuerunt quae posteris traderentur; illis, si quid uel decernebant uel agebant ciuitates Graecae, interesse solebat Pythius ille Apollo, quem ut totius diuinationis principem Oenomaus aggreditur in primis. Nam scripsit quidem Eusebius (V, 27, 5) : « *Τὰ μὲν δὴ τῆς παλαιᾶς ἱστορίας τοιαῦτα. Μυρία δ᾽ ἐστὶ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς τούτοις συνιδεῖν ὅμοια.* » Nulla tamen, exceptis eis quae ipse audierat, recentioris aetatis oracula Oenomaus profert : non enim credendus est Eusebius, si recentia apud Oenomaum inuenisset, antiqua tantum repetiturus fuisse. Nec mirum : cum enim ciuitates Graecae ab ea qua olim floruerant gloria desciuissent, priuatim oracula adibantur, publice autem aut nulla, aut quae litterarum commemoratione non essent digna, responsa reddebant [4].

Sed exemplis quibusdam ostendere liceat quam uulgata fuerint

---

[1] Eurip. *fr.* 629 Nauck : « εἰσὶν γὰρ εἰσὶ διφθέραι μελαγγραφεῖς πολλῶν γέμουσαι Λοξίου γηρυμάτων. » Cf. Bouché-Leclercq, *Div.* I, p. 85, n. 3.

[2] Cf. Rohde, *Psyche* I², p. 146, n. 3.

[3] « Collegit innumerabilia oracula Chrysippus nec ullum sine locuplete auctore atque teste. » (Cic. *Diu.* I, 19, 37). Cf. Diels, *Sibyll. Blaetter*, p. 21 s.

[4] Cf. Plut. *de Pyth. orac.* 28, p. 408 C.

quae apud Oenomaum exstant oracula. Nam ea quae uel Croesus uel Persarum belli temporibus Athenienses Lacedaemoniique audierant ita commemorant scriptores ueteres ut ipsa eorum breuitate satis manifestum sit legentium neminem ea ignorasse. Quod etiam Cicero testatus est: « Quae Croeso, inquit, Pythius Apollo,..... quae Atheniensibus, quae Lacedaemoniis, quae Tegeatis, quae Argiuis, quae Corinthiis responderit, quis ignorat? » (*Diu.* I, 19, 37). Quae exempla unum in locum, et ut pertrita, congessit Ammonius Hermas : « *Εἰ δὲ... οἱ θεοὶ.... ἴσασιν ὅτι μόνον τὸ ξύλινον τεῖχος σώσει τὰς Ἀθήνας ἐκ τῶν βαρβαρικῶν κινδύνων καὶ ἡ θεία Σαλαμὶς ἀπολεῖ τὰ τέκνα τῶν γυναικῶν, καὶ ὁ Κροῖσος τὸν Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει, καὶ ὁ Λάϊος παιδοποιῶν ἄρδην ἀνατρέψει πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν οἰκίαν, δῆλον ὅτι κ. τ. λ.* [1]. » Nam etiam ad Laium non raro se referebant qui de diuinatione disputabant.

Sed res nostra quoque aetate peruulgatas mittamus. Oraculum Lycurgo de forma ciuitatis quaerenti [2] datum « *τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμόν* » dicit Plutarchus (*Lyc.* 5). Quae Erginus de liberis procreandis rogans audiit [3], eorum Plutarchus (*An seni*, p. 784 B) uno uerbo mentionem fecit : *τὸ τῆς Πυθίας· « ὄψ' ἦλθες.* »

Ipse uero Oenomaus oracula aliqua ita breuiter refert ut nihil dubitare uideatur quin legentes statim in mentem reuocaturi sint et cui et qua de re reddita ea sint. Quamquam nescio an Eusebius quae capitibus 29 et 30 continentur non integra exscripserit. Sed saepe tamen oracula illa celebrata fuisse uidemus, si quidem haec Socratis « *θήλεια δ' ἵππος καλὴ οὐ καλὸν, ἣν καὶ ὁ θεὸς ἐν τῷ χρησμῷ ἐπῄνεσεν* » (Plat. *Hipp. mai.*, p. 288 B) ad oraculum pertinent quod est :

γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν οὖδας ἄμεινον,
ἵπποι Θρηίκιαι κ. τ. λ.

Ipsum certe responsum quo Megarensium de nobilitate sua

[1] *Comment. in Aristt. Hermen.* p. 108 (Comm. in Aristt., t. VI, p. V, p. 135 Busse). Cf. Aristt. *Rhet.* III, 5, p. 1407 A. — Dio Chrys. XXV, 4 (t. II, p. 276 Arnim) — Philostr. *V. S.* Prooem. p. 202. — Max. Tyr. *Diss.* XXXV, 7; XIX, 3. — Amm. Marc. XXIII, 5, 9.

[2] Herod. I, 65. Oen. ap. Eus. *P. E.*, V, 27. 28.

[3] V, 30, 2. Cf. Paus. IX, 37, 4.

quaerentium superbiam deus illuserat, nisi uulgo et prouerbii in modum, ut saepe factum est [1], traditum esset, ne doctus quidem poeta Theocritus hos uersus edidisset :

> ἅμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί,
> δύστηνοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.

(XIV, 48. Cf. supra adnot. ad XXIX, 4).

Apparet igitur Oenomaum ad impugnanda oracula ea elegisse quae et ipse memoria teneret et legentes, ut saepe audita, statim agnoscerent. Nec necesse erat ad scriptum semper se conferret : ipsa memoria comparatas copias prout opus erat suppeditabat. Quis enim ignorat quam multa ueteres memoria complecti soliti sint ? ut existimandi sint uersuum horum plurimi, quos persaepe orationibus aut historiis inseruerunt scriptores uel Romani uel Graeci, non e libro arcessiti esse, sed ex tempore scribentis in mentem reuocati. Vsus sit Oenomaus collectis ab aliquo oraculis : non tamen rarius profert aliquid ex iis quae uel apud praeceptores litteris studens uel ipse legendo edidicerat [2].

Non alio enim pacto, si quis aequalium nostrorum, Anglicus praesertim, uulgi religiones uelit impugnare, non laboriosa huic diligentia inuestigandi sint Christianorum libri sacri : sed et ipse praesto habeat et legentes memoria teneant quae e Testamentis uel Vetere uel Nouo ad causam afferantur.

Quod si fuit ea quam diximus Oenomai componendi ratio, parum referebat oracula ab eo repetita genuina essent annon : satis erat si esse credebantur. Nec Lobeckio assentiendum est de oraculo a Temeno audito (V, 20) scribenti (*Aglaoph.* p. 852 n.): « Quis credat Oenomaum hominem acutissimum, cum dedita opera prophetarum fraudes excuteret, exemplo uano et ficticio usum esse? » Quasi non omnia ficta sint ad tam remota tempora pertinentia, de quibus fabulae tantum, non historiae traditae sint. Accepta autem a maioribus nullo discrimine pro ueris habebant Graeci. Neque umquam expertus est aliquis in

---

[1] Cf. Hendess, *Orac. gr.*, p. 9.

[2] Max. Tyr. *Diss.* XIX, 5 Euripidis uersus (*Phoen.* 18, 19) ita refert : « ἣν φυτεύσῃς... » pro eo quod erat : « εἰ τεχνώσεις. » Quo adnotauit Reiske : « Hunc locum noster ex memoria laudauit. »

hoc genere disputandi rerum ueritatem magnam uim ad peruincendos homines habere.

Oenomaus igitur, qui non tam ut detegeret ueritatem quam ut persuaderet legentibus scriberet, non undique opes comparare curauit, sed rebus iam cognitis, siue apud magistros didicerat, siue ipse apud eos qui oracula congesserant legerat, siue cotidiano sermone exceperat, prout et res postulabat et sufficiebat memoria, ut sagittis e pharetra detractis usus est.

## 6. DE OENOMAI AVCTORE SCRIBENDIQVE GENERE

Non tamen nullo duce, nullo auctore Oenomaus usus est : nisi forte casu id euenit, quod Cynicorum superioris aetatis tam multis in rebus similis inuentus est. Immo si quaeratur quem maxime imitatus sit, Menippum iam nunc confidentius nominare licet. Quae enim ratio inter Lucianum atque Menippum intercederet ita demonstrauit Helm, ut ea quae Oenomao cum Luciani *Ioue confutato* et *Ioue tragico* communia esse iam antea monuerat Bruns, ad Menippum, ut communem utriusque auctorem, non immerito referantur [1]. Etenim, si fatum sit, nullam esse deorum prouidentiam quae res humanas procuret, frustra sacrificia precesque fieri, oracula cum propter ambiguitatem suam uel obscuritatem, tum quod nulla uis constitutum semel ordinem flectere queat, nihil proficere, iniuria denique a nocentibus poenas exigi, quoniam id quod faciant facere cogantur, simili fere ratione cum in dialogis istis, tum apud Oenomaum statuitur.

Praeterea Stoicos uterque insectatur, quod, cum fato omnia regi praedicent, uulgi tamen religiones comprobent diuinationemque retineant. E Stoicis autem et Chrysippum prope solum Oenomaus impugnat, neque ullum Lucianus, in dialogo qui inscribitur *Βίων πρᾶσις*, inducit, qui post illum fuerit [2]. Potuit

---

[1] Cf. supra, p. 5, n. 5.

[2] Helm, *Lucian u. Menipp*, p. 230 sq.

id quidem ex hoc fieri quod Chrysippi praecipua tum erat auctoritas : etenim in hunc praesertim philosophum temporibus illis impetum facere solebant qui Stoicorum placita refellebant[1]. Libentius tamen putauerim et Oenomaum et ipsum Lucianum, cum Chrysippum aggrederentur, Menippum secutos esse. An persuasum habebimus fortius Oenomaum uel curiosius quam Ciceronem uel Senecam egisse, quorum opera aut paruam aut nullam Chrysippi librorum notitiam prodant[2] ?

Immo uidetur ea quoque apud Menippum inuenisse quae de ceteris philosophis commemorauit. Philosophiae enim studio, ut iam perspici potuit, non ita caruit ut Democriti de atomorum migratione, Stoicorum de fato, necessitate, libertate deque deorum prouidentia praecepta ignoraret. Quas tamen res tam leuiter attigit ut dubites philosophos illos ipse inuestigauerit an legerit de iis apud alios. Hoc tamen magis placet.

Nam quod etiam eos irridet qui de omni re dubitent, ad Academicos id, ut supra dictum est, pertinet. E quibus licet neminem nomine signarit : tamen cum Chrysippo eos ipsos obiceret quos ille impugnauisset (VI, 7, 4 sq. ; 41), Arcesilam potissimum et Epicurum ideo uidetur nominasse, quod horum ab eo mentio facta erat quem auctorem adhibuit. Constat autem Menippum de Arcesila scripsisse[3] : quo scripto Academicorum de omni re dubitationem refellisse eum facile quiuis concesserit.

Menippus autem, quantum quidem suspicari possumus, cum uulgi religiones irrideret falsasque, ut ei placebat, philosophorum quorundam de diis opiniones impugnaret, in diuinationem incidit quodam modo. Nam cum contenderent quidam oraculis ceterisque prodigiis manifestum fieri deos a rerum humanarum gubernatione non abesse, etiam hoc argumentum ei diluendum erat. Oenomaus contra, cum in oracula proprium opus componeret, adductus est ut etiam aduersus Stoicos disputaret; et hoc quidem in loco Menippum ita secutus est, ut ea quae apud illum de fato et prouidentia iocose dicta inuenisset, quatenus ad rem

---

1 Cf. v. Arnim (Pauly-Wissowa, *RE*, III, col. 2506.)

2 *id.*, *Stoic. fragm.* I, p. X.

3 Athen. XIV, 664 E. Cf. Helm, *o. l.* p. 89.

suam utile fore uideretur, usurparet. Hoc tamen uel in primis confirmare studet, liberos nos esse : qua sententia ut firmissimo totius disputationis fundamento nititur; hac enim libertate nostra auferri omnem futuri praesensionem, diuinationem denique funditus euelli.

Differebat igitur aliquid, si recte conicimus, cum argumento, tum ratione, Oenomai in oracula liber ab ea Menippi satura quam uidetur imitatus esse : ne statim sibi persuadeat aliquis oracula si qua congessit iam Menippum collecta habuisse.

Argumenta uero quibus singula oracula redarguit, cum ambiguitatem eorum, obscuritatem, stultitiam, futuri denique ignorantiam notaret, erant ea peruulgata. Reperiantur enim aut eadem aut similia apud philosophos uel Peripateticos uel Academicos uel Epicureos [1] ; non autem necesse erat e philosophorum schola arcesserentur : immo ea erant quae facile quiuis inueniret et excogitaret.

Ita est enim : res in medio sitas suum in usum conuertit. Pertrita autem et oblitterata quodam modo renouauit. A Cynicis non recessit, uixque poterat, qui indolem eorum totumque habitum induisset : receptis tamen aliunde notam impressit suam.

Non enim ut philosophis et hominibus in rerum reconditarum studio uersatis, sed ut uulgo persuaderent Cynici scribebant et loquebantur. Remouendus igitur erat omnis altioris inquisitionis apparatus : et placuit hoc profecto in Oenomao quod difficillima quaeque rationibus non alte repetitis uel contentione quadam mentis excogitatis explicauerat, sed ad communem sensum reuocauerat. Nam et reformidant plurimi grauiorem mentis

---

[1] Recte monuit Geffcken (*Die ἀσέβεια des Anaxagoras*, Hermes XLII, 1907, p. 127 ss.) isdem fere argumentis non Epicureos tantum uel Academicos, uerum etiam Cynicos cum uulgi religiones, tum Stoicos, quod iis fauerent, impugnare solitos esse. Adicit autem de Oenomao (p. 130, n. 2) : « Die Theologen reden immer noch gern nur von den Kynikern; das stimmt aber nur zu einem kleinen Teile. So ist z. B. die Bekämpfung der Orakel bei Oinomaos durchaus nicht originell kynisch, sondern nur allgemein antistoisch. ». Qua cum sententia etsi haec nostra congruit, non tamen omittendum fuit Cynicum se Oenomaum cum reliqua philosophia, tum disputandi ratione, indole, genere denique toto praebere. Iam uero Academicis de diuinatione assentitur sane, reliqua eorum placita refellit.

intentionem, et gratia illos prosequuntur inscii, quorum beneficio res supra mediocritatem ingenii elatas complecti sibi uidentur. Ita Oenomaus, quicumque libertatem tollunt, parum refert cui sectae sint addicti : pariter eos refellit. Quaestionem autem illam, in qua expedienda egregia omni tempore ingenia distorqueri solent, uno quasi uerbo soluit : « *Ἰδοὺ γὰρ ᾧ τρόπῳ ἡμῶν αὐτῶν ἀντειλήμμεθα, τούτῳ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐθαιρέτων καὶ βιαίων. οὐ λέληθε δὲ ἡμᾶς ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ βαδίζειν καὶ τοῦ ἄγεσθαι, οὐδὲ ὅσον τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι.* » (VI, 7, 19). His confectum negotium putat. Quae disputandi alacritas et quasi festiuitas, ambagibus remotis parta, apud mediocria ingenia plurimum semper ualuit.

Decebat etiam dictio Cynicos sine ornamentis incitata, similis non dissertationi, sed dialogo uel potius sermoni cotidiano, qualisque hominum inter se colloquentium fieri solet. Vt enim circuli coierant et tempus requirebat improuisa plerumque obuios oratione alloquebantur, cum interdum, ut e Dionis praesertim orationibus suspicari possumus [1], aut interrogantibus responderent, aut sponte compellarent audientes. Vt autem loquebantur, ita scribebant.

Quam formam dicendi cum retineret Oenomaus, nouum tamen genus effinxit. Nam potuit sane, ut Luciani monet *Iuppiter confutatus*, Menippi exemplo ad redarguendum Apollinem adduci. At Cyniscus Iouem captiosa interrogatione ita implicat ut nihil respondeat quin sese reuincat : accusationem Oenomaus conscriptam habet ; Apollinem in iudicium uocat ; fraudis ei litem intendit [2].

Est autem accusatio in modum colloquii facta, cum aduersarium Oenomaus crebris interrogationibus ita uexet et lacessat ut ille anhelante spiritu quo se iam uertat non habeat. Et tota

---

[1] Cf. H. von Arnim, *Dio von Pr.*, p. 251 ss.

[2] Quod ipse titulus monet. Cf. etiam V, 24, 6; 25, 7; 25, 8, etc. — VI, 7, 8: « σὲ ἐλέγχων. » — 7, 11 : « ὁ μὲν γόης, ὁ δὲ γόητος ἀπελέγκτης. » Etenim ἔλεγχος Cynicorum proprius erat. — Ceterum uocem quae est γόης, ut iam supra (cf. p. 25 n. 2) notauimus, haud alio pacto uel animo ab aliis usurpata est. Nec raro illa ipsa aetate factum est ut philosophorum uel prophetarum quorundam tamquam deprehensa γοητεία propriis scriptis detegeretur. Cf. Philostr. *V. A.* VII, 39, p. 293, 20 K. Reitzenstein, *Hellenist. Wundererz.*, p. 39, n. 1.

sic res agitur ut spectantium ante oculos fabula. De fato praesertim et libertate disputanti uitandum erat ne disserendo taedium legentibus afferret : quod actione illa quam dicimus remouit. Fingit enim Apollinem confiteri deos hominesque fato obnoxios esse : et statim, quasi miserabilem casum grauiter defleat, exclamat : « *Ἀπόλωλε τό γε ἐπὶ τοῖς σοφοῖς ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἰακά τις αὐτὸ εἴτε ἔρμα εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζων χαίρει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία.* » (VI, 7, 2). Exspectatio nascitur quid deinde consecuturum sit; suspensa tenentur illorum etiam ingenia qui demonstrationem solita uia progredientem uix pertulissent. Porro confirmandum est recte nos sensu moneri : quod quo tandem fit modo ? Quaestionibus nempe, non argumentis : « *Ἀρά γέ τί ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ; φαίης ἄν. τοῦτο δὲ ὁπόθεν ἴσμεν; τῷ ποτ' ἄρα τοῦτο εἰδέναι ἐκρίναμεν; ἢ οὐκ ἄλλο ἱκανὸν οὕτως ὡς ἡ συναίσθησίς τε καὶ ἀντίληψις ἡμῶν αὐτῶν κ. τ. λ.* » (10). Pergitque ratione illa donec manifestum factum esse uideatur de ipsorum persona et uita dubitandum esse iis qui sensus testimonium recusent liberos nos esse monentis. Rapiuntur pressae orationis motu legentes : etenim eneruatur causa, non confirmatur, si longas per rationes animi detinentur.

Nec solum in Apollinem inuehitur : cuiuscumque sententiam impugnat, ipsum compellat, ut Democritum uel Chrysippum uel Cleanthem (VI, 7, 17. 40). Fortius enim cum personis quam placitis quibusdam philosophorum agitur, quoniam plures in partem quam in genus dicta intellegunt.

Quare singula exempla libentius profert quam genera quaestionum constituit. Deum increpat quod hominibus fato obnoxiis tamquam liberis imperet : eos ipsos qui talia iussi sunt cum deo litigantes inducit : « *Τί γάρ, φησὶν ὁ Ἀργεῖος, εἰ βουλοίμην, ἔξεστί μοι, καὶ δύναμαι, εἴ μοι δόξειεν, ἦσθαι καὶ πεφυλάχθαι ; — Ἔξεστιν, εἴποις ἄν, καὶ δύνασαι· ἢ πῶς ἄν σοι τοῦτ' ἐγὼ προσέταττον;* » (VI, 7, 4. 5. Cf. 6-8).

Et toto quidem libro colloquentes inter se personae conferuntur, res oculis subicitur. Crimini deo uertitur quod ancipiti eius oraculo Aristomachus perierit : Temenus statim eius filius inducitur; Apollinem obiurgat; respondet uates et in proferenda excusatione haeret (V, 20). Oraculo dictum erat Iouem Miner-

uae precibus non flecti : repraesentatur ridiculum deorum amborum inter se certamen (V, 24, 3 sq.). Eiusmodi res non raro uno quasi lineamento informatae ac depictae sunt : uerba enim feliciter satis inuenit quibus aut res aut personae breuiter signentur [1].

Quae cuncta ab antiqua Cynicorum consuetudine non aliena erant. Nam quod etiam uersus detorsit (V, 31 ; 35), a prioribus id Cynicis, atque ab ipso Menippo receperat [2]. Inest praeterea eius libro actio uisque pugnandi quae *διατριβῆς* illius esse solet, quam praecipuo studio Cynici coluerunt [3]. Sunt etiam aliqua, quantum quidem conicere possumus, cum fabulis communia quales sub nomine tragoediarum cum Cynicorum alii, tum ipse Oenomaus composuit. Nam quod liber ille cognationem quandam cum saturis Menippeis habet, id ipsa Menippi imitatione factum est : non enim deest, ut immerito quibusdam uisum est [4], comicus color. Diximus de Iouis cum Minerua certamine iocose descripto. Iam ad mouendum risum onagrum Oenomaus fingit in deorum numerum, quod belle recalcitrauerit, accipi (V, 34); athletas bene saginatis bobus aequat, quos dii propter crassitudinem diligant (V, 34, 16); pulicem rebus humanis immiscet ; oratorium *πάθος* imitatur : « *Ἀπόλωλε κ. τ. λ.* » (VI, 7, 2), « *Λῆξον δή, ὦ Ζεῦ λιμοποιέ, τοῦ θυμοῦ* » (VI, 7, 37). Nisi forte serio haec imprecari uidetur : « *Οὐκ ἀπάγξῃ που ἀπελθὼν τῇ ταννστρόφῳ σφενδόνῃ ;* » (V, 23, 3), uel haec minari : « *Λόγους μὲν οὐκέτι πρὸς αὐτὸν ποιησόμεθα, σκύτος δέ τι τῶν εὐτόνων λαβόντες, ὡς ἐπ᾽ ἀνάγωγον παῖδα, τὰς πλευρὰς εὖ μάλα καταξανοῦμεν αὐτοῦ.* » (VI, 7, 42). Quorum similia plura occurrunt. Saepius tamen indignatur, et est propter iram uehemens incitatus ardens, ut facilius credas, quod iam contendimus, Oenomaum ab oraculo deceptum esse [5].

---

[1] Cf. V, 19, 2 : καθεύδειν. V, 24, 7 : οἱ θεοὶ ἐπεισκυκλούμενοι. V, 34, 4 : θεοποιέ. VI, 7, 37 : ὦ Ζεῦ λιμοποιέ. V, 34, 12 : ἄφρονες Θάσιοι καὶ θείων ἄπειροι πραγμάτων.

[2] Cf. Wachsmuth, *Sillogr.*[2], p. 70; 77.

[3] De qua cf. Wendland, *Philo u. die kyno-stoïsche Diatribe*, p. 3.

[4] « Mit der Menippea lässt sich die Schrift nicht vergleichen, weil die Komik fehlt. » Hirzel, *Der Dialog*, II, p. 261.

[5] Ne πάθος quidem a diatriba alienum erat. Cf. Nordén, *Kunstprosa*, p. 130.

Quod uero eius dictio incomptior interdum uidetur, id non inconsulto, credo, factum est: solebant enim Cynici diligenti neglegentia cotidianum sermonem imitari. Laborat tamen Oenomaus ea obscuritate, ut quaedam uix intellegantur.

Fuerunt quibus uirtutes eius ualde placerent, uelut Iacobus Bernays [1] uel Fontenelle [2]. Aliis contra facetiarum illud genus insulsum uisum est et inurbanum. Constat certe Oenomaum, cum uera proelia pugnaret, nec uanis exercitationibus, ut multi tum fecerunt, uires consumeret, ad certamen illud fortem quendam et incensum spiritum et uirtutes illas quae maxime ad actionem pertinerent attulisse. Et dignus propter haec erat qui non obliuione opprimeretur.

Ceterum Cynici quanti tum momenti fuerint neminem fugit. Soluebatur enim cotidie priscae hominum societatis foedus. Qua in dissolutione fuerunt, ut uidimus, qui labantem ciuitatem, ne tota consideret, fulcire conarentur. Alii uero, cum ciuilia maiorumque instituta parui facerent, imminentem ruinam maturabant : quorum in numero non paruus est Cynicorum locus [3].

Cynici autem pauca admodum conscripta reliquerunt : multa de moribus eorum accepimus, ipsos parum cognouimus. Oenomai contra fragmentis, quantulacumque sunt, quae sententia fuerit eius intelligere licet : et similis quidem fere priorum Cynicorum uisa est. Quare operae pretium est diligentius scripta illius inuestigare, quae et paene sola generis huius exstent, et cum ad Cynicorum, tum ad aetatis illius de rebus diuinis controuersiarum notitiam multum conferant.

---

[1] « Mit noch viel schärferen Waffen, als Plutarch sie seinem Didymos leiht, griff der Kyniker Oenomaos aus Gadara das Orakelwesen an in einer Schrift, die zu den lebendigst geschriebenen Prosawerken des zweiten Jahrhunderts n. Chr. gehört. » *Lucian und die Kyniker*, p. 35.

[2] «Il y a plaisir à voir dans ces fragments qui nous restent cet Oenomaus, plein de la liberté cynique, argumenter sur chaque oracle contre le dieu qui l'a rendu, et le prendre lui-même à partie.» *Hist. des oracles* I, ch. VII (p 63 Maigron).

[3] Cf. Bernays, *Lucian u. die Kyniker*, p. 26.

VIDI

die VII mensis Iunii anni MCMIV

*Facultatis Litterarum*

*in Vniuersitate Parisiensi Decani Assessor*

E. LAVISSE

TYPIS MANDETVR

*Academiae Parisiensis Rector*

L. LIARD

---

## CORRIGENDA

| | |
|---|---|
| P. 19, u. 19-20 . . . . . . | Iulianus |
| P. 22, n. 4, u. 4. . . . . . | V, 33, 13 |
| P. 34, § 6, u. 12. . . . . . | *δι᾽ οὗ φησιν* |
| P. 35, § 3, u. 7 . . . . . . | *Ποντικῷ τινι* |
| P. 45, c. XXVI, u. 6 . . . | *πρῶτα* |
| P. 48, § 6, u. 7 . . . . . . | *ὤναντο;* |
| P. 51, § 7, u. 7 . . . . . . | *εἰσαφικάνουσιν·* |
| P. 67, u. 10 . . . . . . . | *μυρίοι εἰσὶν* |
| P. 69, § 6, u. 1 . . . . . . | *ἀγακλειτοῖο* |
| P. 70, u. 7 . . . . . . . | *ἵξομαι καὶ κτιῶ,* |
| P. 72, u. 12 . . . . . . . | *εἰ σύ τι* |
| P. 72, u. 18 . . . . . . . | *τοὺς* |
| P. 79, § 40, u. 6-7 . . . . . | ο Chrysippe, dicat aliquis, |
| P. 100, § 4, u. 4. . . . . . | *λόγω* |
| P. 121, u. 23. . . . . . . | *λακτίζοντας αὐτοὺς* |
| P. 141, u. 29. . . . . . . | *ἐν ᾧ εἰμι* |

Quae in excudendo libro non satis apparuerunt, quoniam facile restitui possunt, non signauimus.

# CONSPECTVS RERVM